



# Dissertatio juris ecclesiastici prior de variis sacrilegii speciebus ex mente juris canonici

<https://hdl.handle.net/1874/44734>

*8*  
DISSERTATIO IVRIS ECCLESIASTICI PRIOR

DE

# VARIIS SACRILEGII SPECIEBVS

EX MENTE IVRIS CANONICI

QVAM

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA

INDVLTV

INCLYTI ICTORVM ORDINIS

FRATRES GERMANI

IOAN. SAMVEL FRIDERIC.  
BÖHMER D.

PRAESES

ET

CAROLVS AVGVSTVS BÖHMER  
RESPONDENS

H. L. Q. C.

DIE XXIX. IAN. MDCCXXVI.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTENT.

---

HALAE MAGDEBURGICAE, LITTERIS GRVNERTIANIS.



DISSERTATIO IVRIDICA PRIOR  
DE  
**VARIIS SACRILEGII  
SPECIEBVS**  
EX MENTE IVRIS CANONICI.

§. I.



Vris *civilis* sententiam a vero *sacri-* *Sacrilegii*  
*legii* conceptu sub Imperatoribus criminis am-  
iam aberrantem & declinantem bitus unde?  
peculiari dissertatione, PRAESIDE  
PATRE habita, in scenam produxi.  
Religionis christianæ felicissimi  
progressus gentilium animos adeo  
irritarunt, & exacerbarunt, vt no-  
uam *sacrilegii* speciem producerent, eamque in sacris pu-  
rissimis quererent. Cæsares profani diuinitatem sibi as-  
serentes autores fuere, vt quævis *sacrorum* violatio, qui-  
uis contemptus mentis diuinitatis, huic nefando criminis  
attribueretur, vt eo grauius statuere in eos possent, qui  
a profano hoc cæsarum cultu alieni erant, vel esse crede-  
bantur.

A

z DE VARIIS SACRILEGII SPECIEBUS

bantur. Inde Christiani has nouas *sacrilegii* definitio-  
nes in suo trahebant usus, & contra hostes christiani no-  
minis pugnando argumentis euidentissimis docebant,  
*sacra* gentilium mera esse *sacrilegia*, seu' veri numinis  
contemtum, violationemque puriorum sacrorum a fal-  
uatore nostro restauratorum, id quod cit. dissertatione de  
*variis sacril. specieb. ex ment. iur. civil.* prolixius ostend-  
sum est. Inde patres ecclesiae hunc nouum *sacrilegii* con-  
ceptum, cui iam a multis temporibus assueti erant, adeo  
propagarunt, ut in conciliis, in legibus ecclesiasticis im-  
peratorum, denique in scriptis Doctorum ecclesiae, omnis  
& quævis *sacrorum violatio*, quomodounque facta fue-  
rit, & quævis *irreligiositas* *sacrilegii* denominationem  
aceperit. Enim vero etiam *irreligiosi animi* conceptus  
eo latius terminos suos propagauit, quo maiora supersti-  
tio cœpit incrementa, nouosque quotidie cultus, ritus,  
aliosque sacrorum adparentium adparatus progenuit,  
quorum despectus ex hac noua doctrina non poterat non  
*sacrilegium* esse. Denique *spiritualis* qualitas, neglecto  
scripturæ sacræ sensu, adeo in publica ecclesiae doctrina  
adulterata est, vt infinitorum *sacrilegorum* seriem pro-  
duxerit, quam hac dissertatione enarrabo, vt liquidum  
manifestumque fiat, quantopere sub huius criminis,  
quod *nefandissimum* esse constituerunt, metu auctoritas  
& eminentia cleri creuerit, & laici potentiores deterriti  
fuerint, ne dominatui eius se se opponerent. Qui enim  
*iure imperii legitimo* in pontificis & Episcoporum ini-  
quissimos ausus vni fuere, ii mox *sacrilegi*, impii, hostes  
que sacrorum declarati, excommunicati, atque depositi  
fuerint. Campus quidem latissimus, quem peragrare con-  
stitui, se se mihi offert; sed iter suscepit ea propter  
deserere nolui, quin potius spero auxiliante Deo illud  
me confecturum esse.

Refertur ad s. II. Sciendum itaque est, *sacrilegium interma-*  
crimina ma*iora* delicta, quæ *maiores indices postulant, ralatum fuisse,*  
iota. *vt*

vt constitutiones RICARDI POORE, Sarum episcopi tit. 28.  
 apud HARDVIN. tom. VII. concil. p. 97. statuunt. Imma- Immanius  
 nius enim esse quam maiestatis crimen censuit BARONIVS criminis lœse  
 ad ann. 164. n. 4. ipso religioni oppositum, cui bellum in- maiestatis.  
 dicit, iudice PASSERINO de pollut. eccl. diss. 1. c. 13. n. 3.  
 unde etiam crimen lœse maiestatis diuinæ audit FARINACIO  
 in pr. crim. qu. 172. n. 1. VALASCO de priuit. miserabil. per-  
 son. qu. 9. n. 12. 48. quod cetera quidem crima lœsionem  
 hominum contineant, hoc vero sit cumulus omnium cri-  
 minum, quæ in Deum ipsum committuntur. Audiamus  
 generales quasdam Patrum sententias, quæ deinceps spe-  
 cialibus obseruationibus illustrandæ sunt. In concilio To-  
 letano IV. de anno 633. c. 75. apud HARDVIN. tom. III. concil.  
 p. 593. patres edicunt: *sacrilegium est, si violetur a gentibus*  
*regum suorum promissa fides, quia non solum in eos fit peccati*  
*transgressio, sed & in Deum quidem, in cuius nomine polli-  
 cetur ipsa promissio.* En latissimum huius criminis ambi-  
 tum, vt, quicquid per indirectum etiam in Deum com-  
 mitti videtur, sacrilegium sit. GREGORII III. iudicia ab Inde eius-  
 HARDVINO cit. l. p. 1871. relata c. 2. sacrilegium ita definiunt: *dem concep-  
 tus latissimus*  
*sacrilegus dicitur qui sacra violat, vel qui sacra furatur.*  
 Prius latius, posterius membrum angustius est, vt ostendatur præter furtum plures species eo referendas esse.  
 Pariter ISAAC Episcopus Lingonensis tit. 7. c. 1. apud HAR-  
 DVIN. tom. V. conc. p. 439. eiusdem sententia est. Ait qui-  
 dem: *sacrilegi sunt ecclesiæ prædones; sed mox subjicit:*  
*omnes enim contra legem facientes, resque ecclesiæ diripi-  
 entes vel ecclesiæ sacerdotesque contra diuinæ sanctiones ve-  
 xantes sacrilegi vocantur, atque indubitanter infames, sacri-  
 legique habendi sunt.* In sequentibus hoc declarat & qui-  
 dem c. 2. *sacrilegi dicuntur, qui ea, quæ domino offeruntur,*  
*& consecrantur auferunt, vel in aliud transferunt. c. 3. ve-*  
*ro sacrilegi dicuntur, qui præsumserint, quam non meru-  
 erunt a principe vel seniori iusto dignitatem. Porro c. 4.*  
*illis accensentur, qui res ecclesiæ diripiunt, vastant, inua-*  
*dunt*

4 DE VARIIS SACRILEGII SPECIEBUS

dunt vexantque, aut a iure ecclesiarum, quibus traditæ fuerant, iniuste alienant. Additur ratio: Christum & ecclesiam unam personam esse, non nescimus. Et ideo quæ ecclesiæ sunt, Christi sunt; & quæ ecclesiæ offeruntur, Christo offeruntur; & quæ ab ecclesia tolluntur, procul dubio Christo tolluntur. Ulterius c. 6. sacrilegus est, qui in ecclesiæ earumque res irruens sacerdotibus & ministris vel ipsi cultui aut loco aliquid importat iniuriæ, vel infert ad diuinum cultus iniuriam. In c. 9. maximum sacrilegium esse dicitur, oblationes fidelium, quæ sunt res ecclesiarum, auferre, vastare, invadere, vel surripere. In morem ea tempestate abierat, vt ecclesiæ a laicis iure feudi detinerentur, cuius primaria utilitas in perceptione oblationis quærebaratur. His possessoribus terror incutiendus erat, & sacrilegii reatus objiciendus. Ne vero objicerent, oblationes has non esse res consecratas, in c. 7. hæc sententia tradita est: Omnia quæ Deo offeruntur, procul dubio & consecratur. Post pauca additur: Et quia Christum & ecclesiam unam personam veraciter agnoscimus, quæcumque ecclesiæ sunt, Christi sunt, & quæ ecclesiæ, vel in supradictis, vel in quibuscumque speciebus, siue pollicitationibus, siue pignoribus, siue scriptis, siue corporalibus rebus offeruntur, Christo offeruntur. Et quæ ab ecclesia eius quocunque commento alienantur, vel tolluntur, siue alienando, siue vastando, siue inuidendo, siue minorando, siue diripiendo, Christo tolluntur. Et si ab amico quidquam rapere furtum est, præcipue Christo Domino nostro, qui est rex regum, & dominus dominantium, aliquid auferre vel alienare, surripere vel vastare, sacrilegium est. Superstitionis hæc rerum ecclesiasticarum denominatio plura opinionum monstra produxit; sed simul vix liberabit clericos a sacrilegio, qui hæc bona sibi addixerunt, quæ in usus pauperum, quibus subducta sunt, cedere debebant ex primæa destinatione, vt LAVNOIVS aliique ostenderunt. De responsione idonea ipsimet cogitent, qui his bonis se pascunt, quibus vera membra Christi

Christi pascenda erant. In concilio Trosleiano de anno 909. c. 4. apud HARDVIN. tom. VI. p. 1. concil. p. 512. seq. sacrilegium dicitur *sacrae legis violatio, quod per multa specierum diuiditur crima*. Id ostendit recensendo nonnullas species; etenim 1) adfertur sacrilegium *schismatis* 2) blasphemii sermonis 3) præcipue vero sacrilegium, quod a prædonibus de rebus ecclesiæ agitur, quod latissime explicatur, & generali hac regula includitur: *& vt in breui denotentur isti, omnes contra legem facientes, resque ecclesiæ quacunque diripientes, vel ecclesiæ sacerdotesque contra diuinæ sanctiones vexantes, sacrilegi atque indubie infames sacrilegi vocantur*. Est ergo sacrilegium vel rerum vel personarum, est ergo vel quando vexantur vel *res ecclesiasticae* vel *sacerdotes contra rerum vel legem*. Vexari autem dicuntur, etiam qui litem mouent, qui ius suum contra ecclesiam persequuntur, qui clericis obloquuntur, eis resistunt, & ausibus eorum bellum indicunt; nec clausula *contra legem quæmpiam deterreat*, quia legem hanc ipsimet constituerunt, hierarchiæ vniue rsi inferuentem, & laicorum iuribus detrahentem. Ne dicas, iudicium hoc sacrilegium esse; etenim omnium seculorum res gestæ euincunt, sub prætextu *sacrilegii* legitimis imperantibus a clero dominante bella fuisse indicta, iura eorum deminuta, ecclesiæ vero aucta, & hoc quidem *contra leges diuinæ*. Iam rationes rite subducimus, & constituamus, vtrum magistratus iura sua tuentes, an vero clerici aliena per iniuriam inuidentes & occupantes sacrilegi dicendi sint?

§. III. Sic itaque *omnis iniuria, violatio, vexatio atque detentio rerum, personarum iuriumque sacerorum ecclesiæ rei sacræ violatione, sacrilegiorum, & spiritualium contra legem ecclesiasticam seu cleri maioris constituit sacrilegium ex mente iuris canonici*, quem conceptum ut plurimum criminalis & canonici iuris interpretes sequuntur, ut FARNACIVS in pr. crim. qu. 172. p. 1. n. 2. DECIANVS in tr. crim. lib. 6. c. 14. rubr. de sacrileg. n. 1. seqq. PASSERINVS de pollut. ecclesi. diff. 1. c. 13. n. 2. GIBALLINVS de irregularitate c. 5. dub.

## 6 DE VARIIS SACRILEGII SPECIEBUS

4. qu. 3. p. 369. IO. BERNHARD DIAZ in pr. criminal. canon. c. 87. n. 1. vbi hanc meliorem definitionem esse ait, quod sit sacræ rei violatio, vel eiusdem usuratio. Inde necesse fuit, varias eius constitutere species, in quibus tamen non convenient, dum alii plures, alii pauciores adferunt, in quibus sententiis colligendis non ero sollicitus, paulo post species eius sigillatim expositurus. Admodum scite autem dehis ex orbitantibus speciebus iudicat ill. Dn. THOMAS. in not. ad Lancelot. lib. 4. tit. 5. p. 2014. aiens: operam dederunt canonistæ, vt secundum morem consuetum vocibus usitatis nouas plane significaciones imponendi, sacrilegii crimen ad significatus iniustatos extenderent; partim, vt deterrentur Laici, ne personas & res ecclesiasticas ullo modo laederent, aut eas inuaderent, partim ut persuaderetur magistratus politicus, extendere penas illas atrociores in sacrilegos propriæ dictos, ad casus alios insolitos, & qui alias citra hanc extensionem mitius puniri debuissent, partim etiam, ut sacrilegium, quod est delictum politicum, possent referre inter crimina ecclesiastica.

Eius tot species ex latissimi aliunde enatus est, quam quod rerum sacrarum & spiritualium luxurians & latissima adpellatio quibuscumque personis rebus & iuribus ecclesiasticis attributa fuerit. Ecclesia passim in sacris dicitur *spiritualis*, & membra eius vera *sandi* & *spirituales*. Quis vero ignorat, per ecclesiam hoc sensu denotari fideles per fidem cum Christo unitos, vbi cunque reperti fuerint, etiamsi ne quidem externo vniuantur cœtu? Eph. V. 27. Hi recte dicuntur *spirituales*, quod Spiritus Dei in eis tanquam in templo suo habitet, quodque eo agitentur, vt ex sacris constat. Enim vero non diu sterit salua & incolmis res ecclesiastica, non tantum re ipsa, sed adpellationibus ipsis transmutata & depravata. Docent publica ecclesiæ monumenta, ecclesiæ prædicatum non tantum *templos*, sed primario clero tributum fuisse, quod hic personam ecclesiæ eminenter

tueq-

tueatur, eamque repræsentet, vt princeps dicitur sustinere personam reipublicæ. Hac metamorphosi introducta, soli clerici dicti sunt *spirituales*, & tempia *spiritualia* cum omnibus iuribus & accessionibus. Creditum enim fuit, accessionum eiusdem qualitatis esse debere, qua gaudet principale. Vnde *iura ecclesiastica* dicta sunt *spiritualia* h. e. illa ipsa iura, quæ progressu temporis per patientiam & connuentiam laicorum clerici sibi acquisuerunt, quorum iam incapaces dicuntur laici, quod spiritualia tantum clericis concredita sint, laicis autem prorsus negata, adeo vt horum usurpatores sint iurium diuinorum seu spiritualium prædones. Nec diuersam rerum ecclesiasticarum esse rationem, ex ISAACI Episcopi Ligonensis capitulis obseruauii §. 2. qui diserte c. VII. inter res Deo consecratas refert *mancipa*, *agros*, *vineas*, *sylvas*, *prata*, *aquas*, *aquarumque decursus* &c. quæ Domino & ecclesiæ fidelibus oblata sunt, & sic per consequentiam qualitatem *spiritualem* habent, quæ omnia pluribus illustrat Dn. THOMASIVS ad Lancellot. lib. II. rit. I. §. I. simulque solidâ excussione examinat. Præterea plures res vel *consecratione* vel *benedictione* vībus sacris vel piis destinantur, & adplicantur, quæ canonistis dicuntur *sacræ*, *sanctæ* & *religiosæ*. vid. PASSERIN. de pollut. eccl. diss. 2. c. 5. n. 5. Catalogum harum rerum refert FARINACIVS in pr. crim. qu. 172. P. 2. & quidem ideo, vt ostendat, in quas res *sacrilegium* cadat, quamuis, quod ex infra dicendis adparebit, ambitum obiecti criminis huius non exhaustiat.

§. V. Agnouit tamen PASSERINVS de pollut. eccl. diss. 1. Est vel pro. c. 13. n. 3. *sacrilegium* esse vel *proprium* vel *improprium* seu prium quasi *sacrilegium*, quemadmodum multæ res large dicuntur *sacræ*. Scilicet res sacras stricte dici censet, quæ sunt cultui diuino destinatae, earumque violationem proprie dictum involuere *sacrilegium*; ceterarum rerum, quæ latiori in sensu *sacræ* dicuntur, violationem quasi *sacrilegium*. vel *Improprietatem ipsum Deum* hoc significatu comprehendi afferit, in prium. deque

## 8 DE VARIIS SACRILEGII SPECIEBUS

deque factum, vt irreverentia immediate & directo Deo facta *sacrilegium* fuerit appellata, quamvis alias *DEVS* a rebus cultui diuino dicatis distingui debeat. Enim vero ita per indirectum agnoscit, *sacrilegii* appellationem a patribus in abusum fuisse tractam, & quidem non eadem præcautione, qua postea quidam interpretes usi sunt. Latuit anguis in herba, & hac distinctione opus fuit, vt grauissimus patrum, conciliorumque abusus, inuolucro quodam palliaretur. Tandem enim subtilioribus rerum scrutatoribus insignis huius appellationis deprauatio cœnia facta est, quam superstitione produxit, barbaries propagavit, & hierarchia eo facilius suscepit, quod rebus suis percommoda visa fuerit. Ipsa loca, mox danda, optimum præbebunt indicium, quid patres, quid concilia ad sacrilegium prouocantia, senserint, utrum *proprie* an *improprie* feso locutos fuisse crediderint? Si in *proprio* subsistendum esset significatu, *furtum rerum sacrarum* tantum hoc crimine contineretur, non quævis violatio, quum tamen *pollutionem ecclesiarum* inter proprie dicta sacrilegia referat PASSERINVS. In rem præsentem modo veniamus, & *sacrilegos* non ex mente PASSERINI, & sequacium, sed *patrum & canonum* aestimemus.

Sumitur ali-  
ter in sensu  
iuridico

§. VI. Id vero magis notari & obseruari sedulo debuisset, *sacrilegium* aliter in *sensu iuridico*, aliter vero in *sensu theologico* accipiendum esse. Priori in sensu inuoluit *delictum & crimen publicum*, quod absque *dolo & voluntate* nocendi, & contra leges agendi, committi nequit, adeoque *actus voluntarius* recte dicitur, utpote si quis *dolo malo* templo spoliat, iis viim infert, & *sancitatem* eorum *civilem* laedit sciens volensque. Hoc sensu ad *forum iuridicum & iuridicam considerationem* spectat. Posteriori in solo *sensu theologico* mentis errore, voluntate nocendi & dolo malo exclusis, subsistit, atque *peccatum in Deum* quidem inuoluerre potest, non tamen semper *delictum in foro criminali*, quod per *errorem in intellectu* haud committitur. In variis

Cau-

causis hi duo respectus separandi sunt, vt omnis confusio  
 evitetur. *Blasphemia* sine dubio est crimen publicum; sed *vt exemplo*  
 non aliter, quam si quis *sciens volensque & dolo malo*, & *Blasphemie*  
 sic non ex errore solo mentis, Deo vel Christo specia-  
 lim maledicit, vel honorem eius conculcat. Quis vero  
 ignorat in *sensu theologico* etiam *errantes Christum blas-*  
*phemare dici*, vtut ab omni intentione, eius gloriae  
 quid detrahendi, quam alienissimi sint. Sociniani di-  
 uinitatem Christi negant, aliaque, quae theologi ad blas-  
 phemias referunt, statuunt, vt ut per *errorem intellectus peccent*. Osterodi, ciuis Goslariensis cuiusdam,  
 & matris eius confessionem ministris ecclesiarum Goslarien-  
 sis editam, blasphemias appellat B. HEINECCIVS *in histor.*  
*Goslariensi. p. 527.* imo quidam ex ministerio in *refuta-*  
*tione litterarum synodalium apud EVNDEM p. 529. seq.* ad-  
 modum aestuat, & nil nisi *blasphemias* Socinianis obiicit,  
 magna cum mentis acerbitate. PEVCERO in colloquio,  
 quod in carcere cum Iacobo Andreæ & Schneccero ha-  
 buit, duo crimina obiecta sunt 1) *blasphemie* 2) *irreue-*  
*rentiae erga clerum*. Illa in quodam dissensu a *formula*  
*concordia* quererebatur, ad quam imputationem tamen gra-  
 uiter excanduit PEVCERVS, increpans colloquentes: Ego  
 non sum blasphemerus -- lasset mich zu frieden mit der  
 Götter-Lästerung, denn ich bin nicht blasphemer; & alibi:  
 D. Jacob nennet mich einen blasphemerum, einen Gottes-  
 lästerlichen Mann, daß ich Christum lästere, und ihm seine  
 göttliche Majestät entziehe, das kan ich nicht leiden: ille in  
 contrarium institerat huic imputationi, & sicuti collo-  
 qui principium ab hac desumtrum, ita quoque in ea  
 finem accepit, vt acta a DR. THOMASIO *in annot. ab anno*  
*1409. usque ad ann. 169.* edita & *testamento Ossii* subiecta  
*p. 150. seq.* plenius docent, quibus hæc epicresis subiici-  
 tur: Ob durch publicirung dieser Schrifft der reinen Luthe-  
 ri en Religion grosse Ehre wiederfahren, lasse ich andere  
 artheiische iudiciren, und möchte wohl wissen, was unsere

10 DE VARIIS SACRILEGII SPECIEBVS

Leute dazu sagen wolten, wenn Catholische Priester auf gleiche Weise mit ihren disputationen und Beschuldigung der Gottes - Lästerung anfangen, und damit endigen. Vi des ergo blasphemie & sacrilegiorum imputationes in diversos trahi sensus a theologis; & quia conciliorum decreta ab his condita sunt, non mirandum est, tot infinitas sacrilegiorum species excogitatas, & a Jctis sine iudicio vtplurimum assumtas fuisse.

Ad varias  
species perti-  
ner

I) sacrile-  
gium diuinae  
maiestatis la-  
se

quod variis  
modis fieri  
potest

Committere  
hoc dicuntur  
Iudei

§. VII. Ut igitur hoc planum faciam, exordiar ab ipso sanctissimo nutrine, Deo ter optimo terque maximo, cui sacra sunt, & quem in omni sacrilegio quidem immediate lædi, & violari afferunt, simul tamen (I) immediate fuerunt, detrahendo quid eius eminentia, potentia, atributionisque, ac peruersas de eo sententias ferendo. Ita enim ipsum ens omnium sanctissimum lædi quis dubitet? quamvis multum referat, vtrum ex errore intellectus tale quid fiat, an vero *dolo malo*, qua de caufa, si *dolo* sit, PAS SERINV c. I. arbitratur, facinus hocce rectius irreligiositatem dici debere. Posset hoc SACRILEGIVM DIVINAE MAIESTATIS LAESAE vocare, ut singularum specierum sua propria, & peculiariis stet adpellatio. Iudei, quod Christum crucifixirint, & sanctissimam hanc victimam nefandissime polluerint, passim dicuntur sacrilegi. Forsitan I. I. C. de apost. coetus eorum ex hac ratione dicuntur sacrilegi. Clarius hoc prædicatum iis adscribitur in concilio Toletano XVII. de anno 644. c. 8. apud HARDVIN. tom. III. conc. p. 1816. vbi dicitur, quod plebs Iudeorum nequissima sacrilegii nota adpersa, & effusione sanguinis Christi cruenta sit, & sic merito extirpanda. Paulo humanius iudicium tulit INNOCENTIVS III. lib. X. epist. 190. iudeosque tantum seruitute comprimendos esse censuit, qua se dignos reddirent, cum in illum manus iniecere sacrilegas, qui veram ei conferre venerat libertatem. Evidentius in concilio Burdegalensi de anno 1583. tit. 28. facinus Iudei impium scelus, & sa-

& sacrilegium vocatur. Eadem de causa in oratione ANNIS de POLEMA relata ab HARDVIN. t. VIII. conc. p. 1936. sacrilegi dicuntur, qui in mortem unigeniti Dei filii conspírарunt; immo sacerdotes Iudæorum Christo aduersantes sacrilegos vocat, quemadmodum Caiphas sacrilegus Pontifex vocatur, quod Christum cædi iussérunt in Act. SS. ad diem 8. Iun. p. 123. lit. e. Quia vero primario sanctissimum numen per blasphemiam violatur, & gloriæ Christi Blasphemi per hæreses multa detrahi possunt, hinc non dubitarunt scriptores utrumque sacrilegio adscribere. Idem iam obseruauit BARTHIVS l. 18. Aduersar. c. 2. variisque argumentis illustrauit. His addi possunt plura alia loca ex conciliis, veluti ex concilio claramontano de anno 1095. apud HARDVIN. t. VI. P. II. p. 1724. ubi VRBANVS II. quærelas mouet contra eos, quinomen Dei viui abnegant, & ore blasphemant sacrilego. Nec minus in concilio Tolet. II. de ann. 531. t. II. concil. p. 1143. ore sacrilego blasphemare dicuntur, qui de diuinitate Christi profane sentiunt, quorundam etiam referuntur in FELICIS I. epistola III. t. 1. conc. p. 203. seq. qui credunt filium minorem patre, quam hæresin vocat in genere sacrilagam persuasionem, sicuti ibid. p. 830. 838. 836. &c. 1787. Heretici eadem hæresis vocatur apertum sacrilegium. Item in Decretis C A II Papæ Ibid. p. 213. in magno autem sacrilegio se versari hæreticorum manifestat impietas, quum sub specie diuinitatis honorandæ humana carnis in Christo denegant veritatem. Desino plura addere, quum ex inox producendis locis palam fiet, quamcumque hæresin a Patribus inter sacrilegia religionis fuisse relatam, licet simul adpareat, id magis in sensu theologico, quam iuridico fieri.

§. VIII. Ut hoc eo magis in omnium oculos incurrit. SACRILEGIO RELIGIONIS gium religio-  
rat, proximum locum tribuo (II) SACRILEGIO RELIGIONIS gium religio-  
DIVINAE, quod agnoscit BOCERVUS class. 4. disp. 10. th. 4. Multis  
modis impingi in religionem posse, tralatitium, adeoque non mirandum, tot exempla sacrilegii a patribus  
hue referri, quamvis more solito non distinguant inter  
forum

forum *theologicum & iuridicum*, immo destinato consilio  
hoc discrimen respuisse videntur, postquam quemcumque  
intellectus errorem, & hæresin *criminibus* anume-  
rauerunt contra omnem veri iuris rationem. Observa-  
tum est in *dissertatione priori* §. 36. gentiles iam huius sa-  
craliegi fabricatores fuisse, eandemque confusionem in-  
duxisse. Christiani *iure retorsionis* eorum vestigiis insti-  
runt, & sacris gentilium idem crimen affinxerunt, verum  
magis in sensu *theologico* quam *iuridico*. Neque enim iis  
volupe fuit, censum publicorum criminum augere, sed  
tantum *imprietatem*, sub praetextu religionis commissam,  
viuis adumbrare coloribus. Enimvero patres subsequen-  
tiū seculorum non substiterunt in eadem simplicitate,  
sed, sicuti quamecumque hæresin, ita quidquid contra  
religionem christianam scriptum, vel factum esse vi-  
debatur, inter *crimina publica* collocarunt, præsertim  
postquam Imperatores in l. i. C. de crim. sacril. ge-  
neratim edixerunt: *Qui diuina legis sanctitatem aut ne-*  
*sciendo omittunt, aut negligendo violent & offendunt, sa-*  
*craliegium committunt.* Quodsi praeterea totum titulam C.  
de summa trinit. huic legi adiungimus, & praeterea tit.  
C. de hæret. item ne sanct. baptism. iteret. porro tit. de Apost.  
similesque inspicimus, nemini dubium esse paret, quin  
legislatores Christiani in censum nefandissimorum cri-  
minum retulerint, quidquid contra doctrinam publicam  
& confessionem ecclesiarum dominantium traditum, scri-  
ptum, factumque fuit, id quod sine dubio ea de caussa  
sacraliegi denominationem accepit, ut de vera huius cri-  
minis ratione dubitari non posset.

Generalia  
conciliorum  
testimonia

§. IX. Illustrabo hoc ipsum primo per generales  
quasdam observationes, quibus deinceps speciales ad-  
dam. In concilio Coloniensi de Anno 873. apud HARDVIN.  
t. 6. concil. p. 141. generatim dicitur: *qui de clero est, si*  
*præter voluntatem Dei præterquam, quod in scripturis san-*  
*ctis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat,*  
*tan-*

Gentilibus  
iam cogni-  
tum

& a Christia-  
nis receptum

*tanquam falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur.* Cum AMBROSIUS contra religionem christianam legi subscribe-re iuberetur, in epistola ad Valentinianum hoc præcep-tum sacrilegium subscriptionis adpellauit, ad quod pro-uocant Patres in concilio Duziacensi relato t. V. concil. p. 1236. In decretis IOANNIS Papæ ibique Epist. I. relata tom. II. concil. p. 1062. inauditum genus sacrilegii esse dicitur, quod mentiæ religionis honore coloratur. Animaduer-te-runt iam quidam ICTI, talia, quæ contra religionem tra-duntur, improprie dici *sacrilegia*, obseruante MENOCHIO de arbitr. jud. quest. cauf. 389. n. 19. adeo, ut REGNERVS in censura Belgic. ad l. I. C. de sacril. afferat, poenam sacri-legii in hac specie locum non habere, videlicet ex hoc fundamento, quod magis in sensu theologicu quam iuri-dico hoc nomen adoptauerit, vtvt, qui hæresim ignis sup-plicio plectendam censem, non possint non in conceptu veri criminis publici subsistere, manifesto indicio, discri-men hoc minime ab illis admitti, quod etiam ius cano-nicum indubitanter sequitur.

§. X. Pergo ad speciales obseruationes, quia variis specialiter modis sacrilegium religionis ex mente patrum committi committitur, potest. Sciendum itaque est, hoc sacrilegium perpetrari a) per HAERESIN, qua de causa HADRIANVS VI. breuiar. ad a) per hæ- Fridericum Saxonie ducem apud HARDVIN. t. IX. p. fin 1091. seq. non potuit non sacrilegorum variorum reum facere b. LVTHERVVM, cui infinitas hæreses per calumniam obiecit. In Act. SS. addiem 14. Jun. p. 968. hæresis voca-tus sacrilegum Christi hostium munimentum. Speciatim Eutichetis hæresis in Synodo II. Ephesina defensa adpella-ta fuit a LEONE Episcopo in epistola tom. II. concil. p. 26. relata scelerrissimum facinus, quod cuncta sacrilegia exce-dit; a GELASIO vero ibid. p. 910. & COELESTINO I. I. concil. p. 1672. sacrilegus furor, & p. 1451. ipse Eutiches cum Ne-storio sacrilegus vocatur. conf. p. 953. Et denique p. 1310. in concilio Constantinopolitano de Anno 536. dicitur, quod Euti-

Eutiches & Nestorius aduersus diuinam salutaris mysterii dispensationem sub quadam sacrilegii equalitate concordent. Pari ratione Manichaeorum doctrina vocatur sacrilegium in decretis Anastasii t. i. concil. p. 974. quod etiam repetit LEO Papa ibid. p. 1754. Porro & Donatistæ passim sacrilegi vocantur, cum Maximianistis t. i. concil. p. 1058. 1060. Potest hæc appellatio tolerari, si non tam de eorum doctrina, quam aliis facinoribus intelligatur, quæ verum publicum crimen inuoluunt, de quibus consulendus est BARONIVS ad ann. 362. n. 266. & seq. Pari sensu in concilio Carthaginensi de anno 416. t. i. concil. p. 1214. Pelagianis obiicitur sacrilega superbia nec minus HONORIVS & THEODOSIVS in epist. ad Aurelium Carthaginem Episcopum Ibid. p. 1232. hanc sectam vocant sacrilegium publicum semel autoritate damnatum. Denique contra eos, qui de trinitate sanam sententiam non fovent, concilium Parisiense de anno 1147. t. VI. concil. p. 1298. hæc decreuit: sicut duos Deos dicere profanum est; ita singularem & solitarium dicere, sacrilegium est. In HERVEI Dolensis comment. in Esaiam a P. PEZIO t. III. anecdot. edito p. 667. hæretici in sacrilegio missas celebrare dicuntur. Non enim pergit, sacrificium Deo offerunt hæretici sed suis erroribus. Et infinitum foret, omnes huius sententiaz patronos in medium prouocare. Eadem philosophandi ratio effecit, vt G) multo magis per Apostasiam, quæ hæresi detestabilior, committeretur. Qui enim nomen Iudaismo dant, sacrilegis cætibus aggregari, l. i. C. de apost. qui vero gentilium ad ritus accedunt, ad sacrilegia templorum transisse dicuntur l. 2. C. de apost; quin quod apostatarum sacrilegium nomen continua accusatione deferri a quolibet possit, aliisque extraordinariis modis hæc sacrilegia coerceantur, iuxta l. 4. C. de Apost. Quodsi tam detestabile sacrilegium in Apostasia h. e. in transitu a fide christiana ad Iudæorum, saracenorum vel infidelium ritus, per leges Imperatorum damnatos, & sic in foro criminali deprehenditur, nullus

β) apostasiam

lus de hoc dubitandi supererit locus, & hic *iure ecclesiastico* idem obtinebi iudicium, vel CYPRIANO autore de *bono patienti*. p. 211. afferente: *a vera religione & ecclesia alieni sacrilegi sunt*; multo magis ergo *sacrilegium commissum* videntur *sacrificati*, ut IDEM epist. 20. ait, seu qui desciuerunt a fide christiana, & *Idolis sacrificarunt*. ut IDEM rursus ep. 65. ait. Porro γ) per schisma *sacrilegium* γ) per schisma hoc perpetrari, vel eo minus dubium habet, quod contra religionem dominantem schismatici rebellionem mouere, & altare *sacrilegum contra altare legitimum erigere* dicantur in tom. V III. concil. p. 1413. quæ locutio ex scriptis CYPRIANI desumpta est. Idem Episcopus Carthaginensis epist. 75. p. 227. ed. Brem. diserte ait: *sacrilegium committit, qui contra ecclesiam bellat*. Enim vero cum per schisma magis peccetur in *imperium sacrum*, quam religionem, reseruabo reliqua ad *sacrilegium hierarchie*.

§. XI. Pariter δ) *sacrilegium religionis imputatur δ) per Idolatriam falsæ & idololatrice religioni adhærentibus*, id quod christiani primæui quoque obiecerunt gentilibus, vt *dissertatione precedente* obseruaui, sicuti gentiles christianis *sacrilegii notam inurere vano conatu nitebantur*. vid. A&T. SS. D. 2. Iun. p. 215. c. 2. In concilio Toletano III. de Anno 589. c. 16. tom. III. concil. p. 482. relato refertur per omnem penne Hispaniam *Idololatriæ sacrilegium inoleuisse*, adeoque cum consensu principis synodus decreuisse, vt sacerdotes cum iudice loci *sacrilegium memoratum studiose perquirerent*, exterminarent, hominesque in tali *sacrilegio versantes* coercent. In CHILDEBERTI regis constitutione apud HARDVIN c. l. p. 334. de abolendis reliquiis idololatriæ agitur, diciturque: *qualiter in sacrilegos Dei iniuria vindicetur, nostrum est pertractandum*, & paucis interiectis: *ad nos querimonia processit, multa sacrilegia in populo fieri, unde Deus ledatur*, indigitans reliquias idololatriæ, quæ adhuc in gente Francorum superstites erant. Subinde tum in seruos, tum in ingenuos grauiorem poenam constituit,

stituit, qui ista sacrilegia perpetrare præsumserint. Similiter in concil. Tolet. XII. de anno 681. Ibid. p. 1725. itidem in cultores Idolorum, qui ea tempestate in Hispania adhuc supererant, hæc decernuntur: Proinde omne sacrilegium idololatriæ, vel quicquid illud est contra sanctam fidem, in qua insipienter homines captiuati diabolis culturis inferiunt, sacerdotis & iudicis instantia inuenta hæc sacrilegia eradantur & exterminata truncentur, constituta excommunicatione & pena exilii in ingenuos, in seruos vero coercitione verberum, & ut onusti ferro suis dominis tradantur. Non sine ratione sacrilegii labes his idolorum cultoribus, qui tamen sanctissima Christi dogmata iam receperant, imputatur, eodem modo, quo SVLPICIVS SEVERVS lib. I. bish. saec. c. 19. n. 6. afferit, populum Israeliticum absente Moise sacrilegio & luxuri deditum fuisse, & c. 43. n. 6. refert, prophetam iussu Domini regem Achabum adiisse, exprobatoque ei sacrilegio ad se omnem populum congregari proposuisse, quo criminis sacra Baali dictata intellixit. Tandem in fine addit: Mirum id Heliæ fuit, qui solum se a sacrilegio immunem esse credidit, existimans se tantum ab Idoi sacris puras retinuisse manus. Ceterum post tria priora secula, multa idololatriæ vestigia inter christianos deprehensa fuisse, non adeo mirandum est, quod seculo V. & VI. magis de religione christiana quamvis ratione propaganda, quam de vera fide in Christum inculcanda inuerso modo cogitatum fuerit. Vnde tot in conciliis sanctiones contra clandestinos idolorum cultores. In concil. Arelat. II. de anno 452. c. 23. tom. II. concil. p. 775. christiani memorantur, qui faculas accendunt, aut arbores, fontes vel saxa venerantur, & ideo sacrilegii rei iudicantur. ZACHARIAS papa in epist. 10. ad BONIFACIVM Germanorum Apostolum scripta, in Germania presbyteros sacrilegos deprehensos fuisse refert, qui tauros & hircos diis paganorum immolabant, manduantes sacrificia mortuorum, quem effectum insulsa huius

Apostoli

Apostoli conuertendi methodus produxit. In concilio Germanico, præside hoc Apostolo de anno 742. tom. III. concil. p. 1921. c. 5. episcopis sollicitudo magnopere commendatur, ut populus Dei paganias non faciat, prohibeant que speciatim sacrilegos ignes, quos Niedfratres vocant, vel potius ut in indiculo adiuncto paganarum scribitur, Nodfur, quia ignis Saxonie inferioris idiomate fur venit.

§. XII. Quia vero antiquitates loquuntur, insigni seruore christianos iudeorum bellum indixisse, inde simul e) nouam sacrilegii religionis speciem patres in e) per contescenam produxerunt, etiam iis exprobratam, qui conuincerunt iudeis interessent, quia ut dicitur in concilio Venetico de anno 465. c. 12. tom. II. conc. p. 798. cum apud Christianos cibis communibus non vitantur, indignum est atque sacrilegum, eorum cibos a Christianis sumi. Eadem ratio repetita est in concil. Nemausensi de anno 1284. tom. VII. concil. p. 936. nec tamen ipse consequitur nexus adeo evidens est, ut hoc scelus inde erui queat. Adeo vero odium plusquam Vatinianum in Iudeos hoc facinus amplificavit, ut eius rei iudicati fuerint, iudeis vlo modo fauientes & inseruientes. In concilio Toletano IV. de anno 633. c. 58. (repetito in concilio Meldensi de anno 845. c. 73. tom. IV. concil. p. 1498.) contra eos, qui munera iudeis accipientes perfidiam eorum suo patrocinio fauebant, (h. e. contra persecutores episcopos defendebant) anathematis fulmen fabricatum est: *quicunque igitur deinceps episcopus, siue clericus, siue secularis illis contra fidem christianam suffragium vel munere vel fauore praestiterit, vere ut profanus & SACRILEGVIS anathema effectus, ab ecclesia catholica & regno Dei efficiatur extraneus.* In Toletano VIII. de anno 653. Rex Flauius Reccesuinthus patribus causam extirpandorum, vel conuertendorum iudeorum commendauit, ægre ferens, haeresibus quibuscumque extinctis, *hoc solum sacrilegii dedecus remansisse.* HARDVIN. tom. III. concil. p. 956. Hæc sacrilegii species iis multas attulit calamitates, ut docet

cet BASNAGE dans l' histoire de Juifs tom. VIII. c. 13. §. 5. seq.  
effecitque, vt in concilio TOLETANO IV. c. 65. ab omnibus  
officiis publicis exclusi fuerint. Si quis autem iudicium hoc  
permiserit, addunt patres, velut in sacrilegum excommu-  
nicatio proferatur.

§. XIII. Multo magis sacrilegio religionis accenserii  
debuit  $\textcircled{2}$  per ma- debuit  $\textcircled{2}$  magia, qua vulnus immedicable religione in-  
giam fertur. In GREGORII III. iudic. c. 23. tom. III. concil. p. 1875.  
sex annorum poenitentia iis imponitur, qui sacrilegio au-  
su maleficis se defensare posse confidunt. In synodo Claro-  
mont. de anno 1268. c. 7. tom. VII. conc. p. 599. sacrilegium  
vocatur dæmoniorum inuocatio, iis propria, qui iuxta  
concilium Bituricense de anno 1528. c. 2. tom. IX. conc. p. 1920.  
sacrilegio & damnato ritu characterum, & vsu signorum in  
occultis reuelandis per dæmonum inuocationem & aliquorum  
mixtionem verborum abutuntur. Ulterius  $\textcircled{2}$  per Scri- mixtionem verborum abutuntur. Ulterius  $\textcircled{2}$  sacrilegium  
pturæ S. per- religionis committi dicitur in scripturam sacram, qui per-  
uersam ex- uero & falso modo eam exponunt in cod. Encycl. tom. II.  
plicationem conc. p. 745. quod etiam in epist. 9. NICOLAI I. tom. V. conc.  
 $\textcircled{2}$  per Scri- p. 181. extenditur ad scripta pietatis. Denique sacrilegium  
pturæ S. per- commisso non immerito dicendus est, qui scripta pietatis si-  
uersam ex- delium atque pii principis notioni subducit, id quod ad epi-  
plicationem stolam a fe regi missam, sed a Græcis vel depravatam,  
vel eius notitiæ subductam adplicat, idque in anteceden-  
tibus immane sacrilegium vocat. Quin etiam  $\textcircled{2}$  refor- tibus immane sacrilegium vocat. Quin etiam  $\textcircled{2}$  refor-  
matio religionis auspicis B. LUTHERI suscepta passim sacrilegio  
reformationem adscripta fuit adeo, vt in concilio Tridentino apud HARDVIN  
tom. X. conc. p. 265. noui sacrilegii impietatis & omnium sce-  
 $\textcircled{2}$  per odium terum ritus vocetur. Denique  $\textcircled{2}$  etiam SALVIANVS lib. VIII.  
erga sanctos de guber. Dei p. m. 165. huc refert odium erga sanctos: sacri-  
legii quippe genus est, ait, Dei odisse cultores. En! quam la-  
patrum, vt nihil facilius sit, quam se hoc ipso maculare.  
Sicut enim religio semel per formulas, ritus aliaque ex-  
terna

terna elementa circumscripta & stabilita variis modis violari potest; ita infinitæ inde propullularunt species.

§. XIV. Quoniam vero primas salutis nostræ partes (III) Sacrilegia ferunt sacramenta a Christo instituta, ideo proximum gium sacramentum (III) affigno SACRILEGIO SACRAMENTORVM. Fit huius mentorum mentio in concilio Claramont. de anno 1268. c. 7. tom VII. conc. p. 599. vbi inquirere iubentur sacerdotes, utrum quis fecerit sacrilegia de sacramentis ecclesie, ut ad episcopum referre queant. Refert Ivo Carnutensis episcopus ep. 186. exemplum presbyteri, qui in statua foeminea sacramenta ecclesiastica profanauerat, quem ut sacrilegum, & idolatriam degradandum esse censet. Sacramentorum contemnitus homines sacrilegos facit, ait AVGVSTINVS, quod effatum laudatur in concil. Burdegalensi de anno 1583. tit. 8. tom. X. conc. p. 1343. Sed ad specialia propero. Videlicet committitur hoc scelus (1) intuitu baptismi, eum profanando, tractatur quod variis modis fieri potest, veluti per iterationem, qua (1) intuitu Baptismi iniuria sacramento facta, immo sacrilegium commissum dicitur in append. concil. Lateran. III. de anno 1179. tom. VI. concil. p. 1800. Sacrilegii quoque rei iudicantur, qui baptismum parvulorum euertere conantur, ut docet epistola THEODVINI circa annum 1050. apud HARDVIN tom. VI. concil. p. 1023. Ast hi quidem bona fide errant, adeoque magis theologicæ quam iuridice sacrilegium committunt. Magis ergo huc referendi, qui ludibrio exponunt baptismum, eique illudunt, qui per ludibrium canes baptizant, qui questus causa baptisma reiterant, qui impostores quoque stellionatum committunt.

§. XV. Intuitu Eucharistie etiam 2) sacrilegii varia 2) intuitu Eucharistie quoque exempla obvia sunt. Hoc quippe, GELASIO iudicat, dice in c. 12. d. consecr. D. 2. committere dicuntur, qui sumta tantum corporis sacri portione a calice sacri cruoris Si quis diu abstinent, quia diuiso, ait, unius eiusdemque mysterii sine na mysteria GRANDI SACRILEGIO non potest prouenire. Et tamen hoc diuidere, grande sacrilegium committitur in ecclesia Romana, quod iam

iam in concilio Basileensi ei obiectum fuit, ut docet IOANNES de RAGVSIO *in orat. de commun.* sub utraque specie in hoc concilio habita & relata ab HARDVIN. tom. VIII. concil. p. 1722. Ut hanc suspicionem declinet BELLARMINVS I. de Pontif. Rom. lib. IV. c. 10. pontificem de sacerdote sacrificante intelligentum esse censet. Videntur eiusdem sententiae fuisse IOANNES de RAGVSIO *in orat.* cit. p. 1690. & LUDOVICVS IOANNES VILLETAJVNS in disputacione quam in concilio Tridentino habuit, relata ab HARDVINO tom. X. concil. ubi p. 347. ait: *Ne fortassis sacrificantium aliquis a calicis participatione abstineret, quod immane esset sacrilegium.* Ita sentientes exsibilandos iudicat BARONIVS ad ann. 496. n. 20. aliamque dubii huius solutionem, æque vel eucharistiam infelicem tamen, subiungit, quam examinavit Dn. RARENTS tom. III. iur. eccles. tit. 41. §. 26. Porro in concilio Toledo. I. de anno 400. c. 14. tom. I. concil. p. 991. sacrilegus dicitur & abiiciendus, qui acceptam a sacerdote eucharistiam non sumserit, quod etiam lib. VII. capitul. c. 473. apud BALVZIVM tom. I. capit. p. 1131. repetitum, & quum hic canon fluctus quosdam moueret, declaratio eius facta est in concil. Tolet. XI. de anno 675. c. II. tom. III. concil. p. 1028. vt ad casum necessitatis, quo ægrotans eucharistiam ob morbi impetum sumere non potest, applicari haud debat. Quantum ego iudico, contra eos conceptus canon videtur, qui accipiebant quidem eucharistiam ex manibus sacerdotis, sed sumere eandem ex quodam contemptu recusabant. Præterea sacrilegium esse dicitur in concil. Aurel. c. IV. c. 4. de anno 541. tom. II. concil. p. 1437. Aliud offerri in S. eucharistia, quam quod in mandatis sa-  
vel alios de- eratissimus salvator instituit. Dicitur etiam sacrilegus, qui bortari dehortatur populum a perceptione sacramenti corporis & sanguinis Jesu Christi, v. Acta SS. tom. I. mens. Ian. p. 845. D. vel qui credit corpus domini non tam corpus esse, quam umbram & figuram corporis domini, ut censuit THEODVINVS in epist. apud HARDVIN. tom. VI. concil. P. I. p. 1023.

p. 1023. eodem sensu, quo in genere *bæresis* per abusum ad  
hoc crimen tracta est. Primaria vero huius sacrilegii spe-  
cies est, quam in genere committunt fures *hierothecæ*, vel per viola-  
tionem in pa-  
qua panis eucharisticus consecratus ritu Romano eccle-  
siae includitur. Fundamentum huius atrocis sceleris ex  
*transubstantiatione* petitur, qua panis eucharisticus in ve-  
rum corpus Christi *transubstantiari* dicitur. Hac de caus-  
sa etiam huius criminis rei sunt, qui aliis modis in con-  
secratum & asseruatum panem quid committunt. Huc  
pertinet exemplum relatum a RAYNALDO ad annum 1218.  
n. 45. vbi quis venienti sacerdoti, & corpus Christi por-  
tanti cum Scypho cerevisiæ ebrius occurrens bibere mo-  
nuit, & cum ille responderet: *corpus domini porto, non*  
*modo bibam, iratus Friso cum scypho pixidem percussit,* &  
*omnes hostias de illa excusfit, ita, ut per pavimentum disper-*  
*gerentur.* Similia exempla IDEM ad Ann. 1389. n. 22. & pas-  
sim alibi adfert, quorum etiam plena sunt Acta SS. In hu-  
iusmodi sacrilegos constituta est pena ignis in const. crim. modi sacrile-  
Carol. art. 172. So einer eine Monstranzen stift, da das gij  
heilig Sacrament des Altars in ist, soll mit dem Feuer vom  
Leben zum Tode gestrafet werden. Ratio huius poenæ pe-  
culiaris ex adducta ratione defuncta est, cum in ceteris sa-  
crilegii speciebus diuersum obtineat. Vnde grauiter iu-  
dices rectius informatos peccare censem BEYERVS in not.  
ad cit. text. si durum ignis supplicium sub praetextu, quod  
ea poena hodie in Germania iuris communis sit, irro-  
gare audeant. Loquitur sine dubio Autor de iudice A.  
C. addicto, cognoscente de hoc sacrilegio, in ecclesia,  
Romano ritu vtente, commisso, iamque obseruauit Dn.  
PARENTS in iur. eccl. tom. III. tit. de missa §. 23. poenam hanc  
non vnice astimandam esse ex sanctione Carolina, quippe  
quæ inter protestantes eatenus recipi non potuit, qua-  
tenus absolute principiis nostræ confessionis aduersatur.  
Nec aliud dicendum esse crederem, si fur sacris ecclesiæ  
Romanae foret addictus; quamuis enim hic propter opi-  
nionem,

nionem, quam de hoc *pane consecrato* gerit, grauius peccare videatur, semper tamen in delictis ratio habenda poenarum, quæ in territorio, quo delinquitur, obtinent, non quæ aliis in terris dictari solent. Sic Saxonii, adulterium eo in loco, quo pecuniaria poena illud plectitur, committenti, non poena iuris Saxonici capitalis, sed eius loci, vbi id commissum, dictanda est.

*§. XVII. Quandoquidem vero ecclesiæ Romanæ assemblæ adhuc quinque alia sacramenta duobus genuinis subiunxere; ita circa hæc quoque sacrilegium committi posse censuere. Nam 3) respectu penitentie sacrilegi dicuntur, qui sacrilegum temere absoluunt, IVO ep. 40; qui absoluit, cum tamen nec parochiale beneficium habeat, nec ab episcopo per examen & adprobationem idoneus iudicatur, licet alias sacerdos sit, ut decernit concil. Mexic. de anno 1585. apud HARDVIN. t. X. conc. p. 1727. quod potissimum constitutum est contra ordines religiosorum, qui ordinem sacerdotalem recipiunt, & vii huius confessionibus audiendis se ingerunt, quod tamen facere non licet sine licentia episcopi; alioquin sacrilegii reatus incurritur, quia iura spiritualia violari dicuntur. Eiusdem reum facit LV THERVM HADRIANVS VI. in literis ad Electorem Saxonie scriptis apud HARDVIN tom. IX. p. 1903. quod satisfactionem in poenitentia sustulerit, nec admittendum censuerit ut corpus & sanguis Domini quotidie a sacerdotibus offerretur pro peccatis nostris, quam labem tamen iam dudum nostrates abstulerunt. Sane si sacrilegium est, corrumpe media salutis, & iniuriam facere merito Christi, ab eius reatu abesse non possunt, qui sua satisfactione id assequi volunt, quod in satisfactione Christi vnicce querendum. Pergo 4) ad confirmationem, cuius iteratio prohibita est sub pena sacrilegii in concil. Camerac. de anno 1586. tit. 7. eo quod imprimat characterem, & que ut baptismus, cuius olim appendix erat. Unde in genere colligi potest, iterationem eorum sacramentorum, quæ characterem imprimere dicuntur, sacrilegium inuolueret.*

3) iustitu pœ  
nitentiae

4) iustitu  
confirmatio  
nis

uere. Similiter 5) sacrilegium in ordinibus conferendis 5) intuitu or-  
committi potest ab his, qui profanissimos & perditissi-  
mos consecrant, vt concil. Constantinop. IV. decernit apud  
HARDVIN. tom. V. conc. p. 974. qui munia sacerdotalia per-  
gunt, & ignorant, vtrum sint ordinati, multomagis er-  
go, si non sunt ordinati, vt docent STEPHANI II. Responſa  
c. 10. vol. III. conc. p. 1987. Denique qui ab hæreticis ordi-  
nati sacrificia peragunt, vt decernit concil. Caribug. II. §.  
III. de anno 255. tom. I. concil. p. 158. seqq.

§. XVIII. Supereft 6) matrimonium, cuius sacramen- 6) intuitu  
tum violari dicitur per adulterium; vnde natum est sacramen- matrimonii  
gium nuptiarum, de quo iam dissertatione præced. §. XXXIX.  
actum est. Neque vero tantum sacramenti profanatio hoc  
crimen constituit, sed etiam benedictionis violatio, quæ olim  
desponsatis per manum impositionem impertiebatur, vt do- ex ratione  
cuit Dn. PARENTS tom. III. iur. eccles. tit. de clandest. despon- benedictio-  
sat. §. 13. seq. Hinc SYRICVS epift. I. quæſitus: vtrum de- nis despon-  
samatam alii puellam, alter in matrimonium possit ac- tas olim im-  
cipere? respondit: hoc ne fiat omnibus modis inhibemus,  
quia illa benedictio, quam nupture sacerdos imponit, apud  
fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si vila transgressione  
violetur c. 50. C. 27. qu. 2. Ergo violatio huius benedictionis  
est sacrilegium. Inde plures fluxere conclusiones. IVO  
Carnutensis episcopus epift. 56. presbyterum quendam,  
qui verba diuina sacramenti, & insignia sacerdotalis officii & sacramenti  
in coniugali benedictione cuiusdam virginis illusorie transmu-  
tauerat, & alia pro aliis interposuerat, commissole sacrile-  
gium diuinorum sacerorum respondit. En quam facile fa-  
cile sacrilegium committi potest, si modo a receptis & præscri-  
ptis recedatur formulis! Bigamie crimen grauius adulte- quod etiam  
rio iudicatum fuit in C. C. C. Art. 121. quod alteram in Ge- per bigamie  
stalt der heiligen The sibi adiunxerit, & ita & sacramenti & am violatur  
benedictionis sacerdotalis violator extiterit, atque adeo ad-  
ulterium cum sacrilegio coniunxerit, vt censuit Dn. PA-  
RENS tom. III. iur. eccles. tit. de spons. duor. §. 5. quin quod  
biga-

## 24 DE VARIIS SACRILEGII SPECIEBUS

**b**igamus de hæresi suspectus dicatur, nec bene de sacra-  
mento sentire videatur, ut FARINAC. quæst. crim. 140. n. 24.

coniicit, quo respectu rursus sacrilegus dicendus. Ergo

& sic bigamia sacrilegus est bigamus 1) qua *hæreticus*: 2) qua *violator sacramentii matrimonialis*, quod bigamiae prorsus repugnat,  
varii ex causis consti- quia in tali *matrimonio dupli* deficere dicitur represe-  
tatio unius matrimonii Christi cum ynica ecclesia: 3) qua  
causis consti- *violator benedictionis*, quam in vanum adhiberi curat. Bi-  
tuit

quod etiam ad bigamiam similitudinam trahendum quando in sacris constitutus contrahit matrimonium; quia enim semel cum ecclesia *spirituale* contraxit, eaque ipsi dotem satis opinam intrulit, a carnali abstinere debet, alioquin & *irregularitatem* & *sacrilegium* incurrit. Deli-  
deras probationem? en! in promtu est. Secundum *con-  
cil. Tolet. II. de anno 531.* olim qui ad clericatum adspira-  
bant, renuntiare coniugio, atque castitatem spondere cogebantur. Quodsi sponsionis sue immemores ad ter-  
renas nuptias recurrerent, ut *sacrilegii rei* damnabantur,  
& ab ecclesia habebantur extranei c. i. cit. *conçil. vol. II. p.  
1140. conf. c. 5. D. 28.* & *Acta SS. ad diem 10. Iun. p. 354.* FA-  
RINAC. qu. crim. 138. n. 95. Cum enim lex & votum *casti-  
tati* ipsi clericatui inesse credatur, hanc legem sanctam vio-  
lat, qui vxorem dicit. Multo magis ergo ex hac senten-  
tia sunt *sacrilegi* clerici, si adulterii vel fornicationis labe-  
fese maculant, adulteri presbyteri enim diserte dicuntur

imo clericus *sacrilegi* in ZACHARIAE Pape ep. 10. apud HARDVIN. tom. III.  
per concubi- *concil. p. 1910.* adeo, ut iudice ZOESIO ad tit. D. ad L. Iul.  
tum *sacrile- pecul. n. 9.* presbyter religiosus duplex *sacrilegium* com-  
gium comit- mittat; alterum contra *sanctitatem ordinis* habentis an-  
nitam obligationem continentiae; alterum contra *sancti-  
tatem* procedentem ex *voto castitatis* conf. ENGEL in coll.  
iur. can. lib. 5. tit. 16. n. 40. Licet vero talis concubitus *sac-  
rilegus* dicatur, in foro tamen *externo* eum non puniri  
ut *sacrilegium*, sed ut *simplicem fornicationem* censet L.  
B. de

B. de LYNCKER in anal. ad Dese. erot. lib. V. tit. 16. qu. 8. quia multa theologicē dicuntur *sacrilega*, quæ iuridice talia non sunt.

§. XIX. Post sacrilegium sacramentorum IV) noua IV) sacrilegum species fæse exerit, quæ circa LITVRGIAM, seu CVLTVM DIVINVM in genere versatur, cuius vel violatio, vel immunitio, vel denique turbatio insigne dicitur constituere sacrilegium. Sacrificium missæ proprie sumi dicitur in concilio Burdegalensi de anno 1583. tit. 5. tom. X. concil. p. 1339. pro puro & simplici cultu, qui Deo soli debetur, in quo verus ac integer actus religionis est. Inde colegerunt patres, sine summo scelere & sacrilegio alteri adhiberi non posse; quamvis manifestum sit, in honorem tot sanctorum missas celebrari. Pariter iuxta sententiam EVGENII III. epist. 68. apud HARDVIN. tom. VI. concil. P. 2. p. 1282. sacrilegium est, diuina celebrare in ecclesia a diuinis officiis interdicta, quod irregularitatem insignem & vix dispensabilem constituit. Id obiurgat Papa SAMSONI Rhemensium Archiepiscopo, quod ad maiorem beati Petri & ipsius contemnum in Bituricensi ecclesia, a diuinis officiis interdicta, cum aliis Episcopis & Prælatis diuina celebrare, & ibi Regem Francorum coronare ausus fuerit, non sine sacrilegio, quo ipso meruit, ut vsus pallii quoque ei interdicatur. Longe grauius delinquent, qui sacra turbant publica, quippe quorum violatio præ ceteris sacrilegium potissimum constituit. Grauissime in hos sacrilegib[us] animaduerten- dum esse constituerunt ARCADIVS & HONORIVS anno 398. in l. 10. C. de episc. & cler. ita edicentes: si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesiis catholicae irruens (cum diuina mysteria & alii sacri cultus peraguntur ut addit Synopsis Basiliænæ lib. 60. tit. 25.) sacerdotibus, & ministris, vel ipsi CVLTVI, locoque, aliquid importet iniuriæ, veluti crimen publicum capitali sententia vindicetur; quæ poena etiam in turbatores facrorum repetita est in Nov. 123. c. 31. & a GRATIANO refertur in can. si quis suadente diabolo 29.

*Qu. 4.* Talia sacrilegia passim admissa eo tempore fuisse, quo intestinæ seditiones ob controuersias fidei ecclesiæ admodum concufferant, memorant antiquitates huius seculi, nec improbabile est, Donatistarum fuorem, sub quo Africa hoc tempore laborabat, per cit. l. 29. repres-  
sam fuisse, vt censet SAMVEL BASNAGE ad cit. Ann. §. 4. in fin.  
Est ergo hoc sacrilegium *crimen publicum*, non aliter ta-  
men suppicio capitali plectendum, quam si haec qua-  
tuor concurrant: 1) vt vis inferatur ministris ecclesiæ,  
2) in loco ecclesiæ, & quidem 3) eo tempore, quo ren-  
diuinam facit, maxime si sacramenta administrat, 4) vt  
per hoc ipsum sacra turbentur. vid. CARPZ. in iuri prud.  
consist. lib. 3. def. 95. n. ii. qui alio modo turbant sacra pro-  
modo admissi arbitrarie puniuntur, teste EODEM n. 16. seq.  
conf. BARBOSA ad l. 10. C. de episc. & cler.

V) Sacrile-  
gium papale

§. XX. Quemadmodum vero §. VII. obseruatum  
est, sacrilegium primario committi in ipsum Deum, et  
iam *immediate*, ita æque graue sacrilegium perpetrari  
posse censem V) in Pontificem Romanum, quod SACRILE-  
GIVM PAPALE dixeris. Postquam enim hic constituit se  
vicarium Christi, immo vice-Deum in ecclesia, vel in hac  
terra Deum esse, atque christiane reipublicæ monarcham  
inuicissimum, vt MORNAYVS in prefat. tr. de Myster. iniquit.  
in fin. obseruat, & CARPZOVIVS similibus huius farinæ flo-  
sculis illustrat in Vindic. Theol. Lutheran. contra ICROS Dil-  
lingenses c. 1 n. 40. & 49, non potuere non sacrilegi nomi-  
nari, qui vel in minimo eius iura, potestatem atque au-  
toritatem, falli nesciam, in dubium vocant, vel aliter  
verbis & factis illum offendunt. Adeo enim sanctissima  
illius autoritas censenda, vt iudice GREGORIO VII. ep. 39.  
apud HARDVINVM tom. 6. concil. p. 1227. vel ipsi mentiri sa-  
crilegium sit; multo magis de iudicio pontificis dubitare  
quod INNOCENTIUS III. lib. I. ep. 555. edit. Baluzian. culpam  
sacri-

sacrilegii vocat, atque illustrat BARBOSA ad can. 29. C. 17. Qu. 4. n. 98. æque, vt olim sacrilegi dicti fuerunt, qui de iudicio principali disputare ausi fuerint, exceptis quibusdam casibus relatis a ZOESIO ad tit. C. de crim. sacril. in not. lit. (d). Qua de caussa, quum plura in concilio Basileensi contra iudicium Episcopi Romani eiusque autoritatem gesta fuerint, censuerunt eius asseclæ, rem *sacrilegam & hereticam esse*, postulare, vt synodus hæc, & quæ in ea decreta sunt, rata habeant, vt censuit AVGVSTINVS PATRICIVS in Historia concilii Basileensis apud HARDVIN. tom. IX. concil. p. iii. Hæc eadem ratio efficit, vt GREGORIVS VII, Hermannum, Bambergensem Episcopum, qui se iudicio apostolicæ sedis subtraxerat, deponeret, & excommunicaret, quod hæresi iunxit *sacrilegium* ut scribit in epist. 2. apud HARDVIN. tom. VI. p. 1324. Multo magis ergo *sacrilegi censendi*, qui dubitant de potestate Papæ. Nam, vt ait PETRVS ALBINIANVS TRETIVS de pontificia potestate. §. diuinī numinis n. 29. dubitans de potestate Papæ, dubitat de fide catholica, & tanquam sacrilegus est censendus & instar sacrilegii est, disputare de potestate Papæ, quod plenius illustrat CARPZOV. in Vindic. Theol. Lutheran. contr. ICtos Dillingens. c. 1. n. 42. seqq. Multo magis ergo ex iudicio sedis Romanæ *sacrilegi iudicandi*, qui iudicium in pontificem exercere, eumque ab administratione papatus suspendere audent, quod EVGENIVS Papa Basileensibus exprobrat in epist. apud HARDVIN. tom. IX. concil. p. 1006. quum se omnibus conciliis maiorem credit, adeoque *termeritas sacrilega dicatur*, Romanum Pontificem & sacrum senatum ad caussam dicendam citare apud EVNDEM. cit. I. p. iii.

§. XXI. Sed hæc sacrilegia forsitan adhuc minora quod specia-  
funt in comparatione eorum, quæ nunc adferenda. De-  
cim commit-  
tantum est, post reformationem Augustanæ confessio-  
ni addictis grande *sacrilegium*, & crimen *læse maiestatis*  
obiectum fuisse, in scriptis suis docentibus, Papam esse  
Anti-

*Antichristum; quam controversiam contra ICtos Dillingers sub incudem reuocauit CARPZOVIVS in Vindic. Theol. Lutheran. c. 1. §. 19. & c. 2. 3. quæ imputation non nova, sed ab antiquis retro seculis omnibus obiecta, qui hostes se*

I) *Antipapæ*

*pontifici professi sunt. Huc referuntur (I) Antipapæ, quando, ecclesia Romana per schisma & factiones diuina, fuere electi, quamvis quinam proprie tales fuerint, & quinam legitime electi censendi? vix constet. Hoc modo rationes subduxit concilium Aquileiense de Anno 1409. pro tollendo schismate habitum, decreuitque electionem GREGORII XII. fuisse legitimam, antipaparum vero sacrilegam, ac gesta eorum sacrilega & iniusta vid. HARDVIN. tom. VII. concil. p. 1952. & seq. INNOCENTIO II. fese opposuit PETRVS LEONIS antipapa, ANACLETVS dictus, quem ut sacrilegum rex Lotharius armis persequendum esse censuit, ut Acta SS. die 6. Iun. p. 856. referunt. Par ratione ALEXANDRI III. legatus Cardinalis Ioannes Anagninus omnes VICTORI antipapæ adhærentes, quiue concilio Papiensi interfuerant, tanquam sacrilegos suffragatores anathematis telo percussit, & quosdam episcopatus honore spoliauit teste VGHELLIO tom. IV. Ital. sacræ p. 708. nou. edit. PASCHALI II. fese opposuit GREGORIVS VIII. qui validissimo Imperatoris instructus exercitu urbem Romanam ingressus tanquam sacrilegus & Apostata non erubuit Paschalis veri Pontificis Apostolicam usurpare sedem ut acta Concilii Lateranensis de Anno 1215. apud HARDVIN. tom. VII. p. 82. docent, adduntque, eum ut sacrilegum & excommunicatum postea rursus deiectum fuisse*

II) *contrap-  
pam conspi-  
zantes*

*(II) conspirantes cum hostibus Pontificis maxime politieis vel immediate contra Pontificem. Hæc sententia fuit GREGORII IX. in epist. 16. ad Florentin. qua refert, plures fuisse condemnatos propter conspirationes & coniurationes, & sacrilegia in fe commissa apud HARDVIN. tom. VIII. concil. p. 184. Tales enim dicuntur hostes ecclesiæ, contra quos recte & pie non modo a regibus christianis, sed*

sed etiam a propriis subditis bellum suscipi posse, per nefandissima argumenta demonstrauit GVLIELMVS ROS-  
SÆVS de iusta reipubl. christian. in reges impios & hæret.  
autor. c. 9. (III) iurium & terrarum Papalium iniidores III) iurium  
occupatores & detentores, qui sacrilegi dicuntur ex sen- papalium in-  
tentia MARTINI II. Papæ in epistola ab HARDVINO relata  
t. VII. p. 890. vt & GREGORII VII epist. 4. apud E V N D E M  
tom. VI. concil. p. 1482. (IV) qui capiunt Romanum Pontifi- IV) pontifi-  
cem, vel socii capientium sunt, ipsamque ratam habent cem  
captionem, vel in talibus dant auxilium, consilium & fa-  
uorem, atque facientes recipiunt, & scienter defendunt.  
Hi sacrilegi, & rei lœse maiestatis dicuntur in epistola relata  
a STEPHANO BALVZIO tom. II. vitarum paparum Avenionen-  
sum. p. 15. (V) qui nuntios apostolicos & cardinales capiunt, V) vel eius  
vel aliter offendunt, vt rursus cit. epist. docet, quippe nuntios ca-  
qui sunt a latere pontificis, vt per eorum latus ipse Pon- pientes  
tifex petitus videatur. BARBOSA ad c. 5. X. de pæn. FARINA-  
CIVS Pr. crim. qu. 112. n. 107. & 162. Pluribus id declarat  
BONIFACIUS VIII. in c. 5. de pæn. in 6. &, si quis, ait, in  
hoc sacrilegi genus irreperserit, quod sanctæ ecclesiæ Ro-  
manæ Cardinalem fuerit hostiliter insecurus, vel percusserit,  
aut ceperit, vel socius fuerit facientia, aut fieri mandauerit,  
vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit vel fau-  
orem; aut postea receptauerit, vel defensauerit scienter eun-  
dem: sicut reui criminis lœse maiestatis perpetuo sit infamis,  
diffidans nibilominus, & bannitus, sit intestabilis, vt nec  
testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex  
testamento, vel ab intestato vocetur: quatenus ab omni suc-  
cessione repulsus, publicaque repulsa confusus minus inue-  
niat sue malitiæ successorem: sicut habitaciones eius deser-  
tæ, & vt non sit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius edi-  
ficia in ruinam, & vt perpetua notam infamiae perpetua  
ruina testetur, nullo tempore reparentur: nullus ei debita  
reddere, nullus respondere in iudicio teneatur: quidquid et-  
iam in bonis inuenitur ipsis, fisci, vel reipublicæ dominio

adplicetur, vt ex iis nihil transmittat ad posteros, sed potius  
cum ipso quodammodo damnentur & sua. Si qua vero feu-  
da, locationes, officium vel beneficium spirituale vel tempo-  
rale ab aliquibus ecclesiis obtinet, sit iis ipso iure priuatus,  
quaे sic libere ad ecclesiās revertantur, quod ecclesiarum Re-  
ctores de ipsis pro sua voluntate disponant. Quodsi quis pre-  
dictorum filium vel filios habeat, nepotem, vel nepotes per li-  
neam rectam descendentes, beneficium, seu beneficiatos quo-  
ius beneficio, etiam si Pontificalem adeptus vel adepiti fuerint  
dignitatem, sint eis ipso iure priuati, spe promotionis omnino  
sublata. Nulli præterea talium filiorum atque nepotum, ex  
virili sexu descendantium, ab eisdem alicuius aperiatur ia-  
nua dignitatis aut honoris ecclesiastici vel mundani seu ad a-  
licuius loci regimen sit ascensus: sit eis postulandi negata fa-  
cultas, sit notorie iudicatus, & quodlibet aliud officium seu  
ministerium publicum interdictum: in iudicis eorum asser-  
tio contra quenquam nihil fidei, nihil creditatis inueniat,  
vt ad testimonium prorsus reddantur indigni; si eis ad ordines  
ascensus inhibitus, sit ad beneficium vel officium ecclesiasti-  
cum denegatus accessus, & (vt magis famosa sit eorum infa-  
mia) ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta  
pandatur eisdem super aliquo præmissorum, omni spe dispen-  
sationis ademta. Præsentis nihilominus adiucimus sanctiōni,  
vt ex insecutione prædicta, sicut ex injectione manuum vio-  
lenta, ipso facto excommunicationis sententiam quis incar-  
vat, & tam insecutor, quam alii supra dicti tanti mali par-  
ticipes, quamdui in sua contumacia perdurarint, singulis die-  
bus dominicis & festiuis pulsatis campanis, & candelis ac-  
fuerit attentatum, nec non ciuitatum & dioecesum vicina-  
rum excommunicati publice denuntientur: nec ab alio, quam  
a Romano pontifice possint absolutionis beneficium obtainere,  
nisi duntaxat in mortis articulo constituti. En grauitatem  
supplici, quo tam atrox sacrilegium expiandum est! Sal-  
uator certe suorum discipulorum injuriam minime ita  
vindi-

vindicandam censuit, quia regnum eius non erat de  
hoc mundo, sicut papale. Præterea principes, & im-  
perantes simul prouocat ad vindictam erga tales sacrile-  
gos exercendam, simulque rationem *sancitatis*, cardina-  
libus præstandæ, his depingit verbis: per hoc quoque se-  
cularibus potestatibus non adimimus facultatem vindi- legibus  
contra tales, quas aduersus sacrilegos catholici principes  
ediderunt; Quis enim locus regiminis poterit esse tutus, quis  
Rector securitate gaudet, si Romana ecclesia (quæ omnium  
ecclesiarum disponente Domino caput est & magistra) casibus  
istis subiicitur? si eius filii speciales huiusmodi periculis ex-  
ponuntur? Quem ecclesie filium, quem fidei zelatorem con-  
tumelia tanta non tangeret, & confusio tam aspera non mo-  
ueret? Porro si filius est, dolebit: si fidelis, matre fidei læsa  
lædetur. Quapropter si princeps, senator, consul, potestas,  
vel alius dominus sue rector contra præsumtores prædictos,  
præsentis constitutionis tenorem non fecerit obseruari: tam  
ipse, quam officiales ipsius intra mensem, postquam res ad  
notitiam eorum peruererit, eo ipso sententiam excommuni-  
cationis incurvant. Ciuitas vero quævis alia, præter urbem,  
qua talia facient vel facientibus vel præsumentibus, in his  
consilium vel auxilium dederit aut favorem, vel intra men-  
sem saltem taliter delinquentes, (prout tanti facinoris enor-  
mitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit punien-  
dos, pontificali ut supra sit eo ipso dignitate priuata, & ni-  
hilominus remaneat interdicta. Applicationem vide apud  
VGHELLIVM tom. I. p. 521. Hunc in finem summi Regum  
administri id agere solent, vt sacro Cardinalium decore  
a Pontifice munitantur, quia sic satis tutissimum contra  
quascunque offendentes & persecutores præsidium sibi  
conciliant, quod nec ab ipsis Regibus absque graui sa-  
cilegio violari potest, adeo, vt ipse imperator ab omni  
humana lege solutus, si cardinalem offendat, ne dum  
criminis læse maiestatis, sed etiam summi sacrilegii reus  
fieri dicatur, vt plenius euicit IACOBVS COHELLIUS in No-  
tit.

tit. Cardinalat. c. 16. priuil. 23. Quantos fluctus in aula Romana anno 1618. excitauerit Cardinalis CLESELII captiuitas, notissimum est; mox tamen hi sedati, postquam Rex FERDINANDVS & archidux MAXIMILIANVS, quorum ius-  
su hic Matthiae Imperatoris minister primarius in capti-  
uitatem deductus erat, veniam huius sacrilegii a Ponti-  
fice submissis precibus exorauerant, & *absolutionem ad  
cautelam impetraverant.*

VI) sacrile-

gium clericale

quod potissi-  
mum per rea-  
lem iniuriam  
clericis illa-  
tam commis-  
titur

cuius ratio  
euoluitur

§. XXII. Postquam omnes clerici spiritualium titulo  
priuatue superbire coeperunt, ac inter personas *sacrosan-*  
*ctas* relati sunt, teste CAROLO de GRASSIS *de effect. clericat.*  
*in praelud. n. 8. noua (VI)* species sacrilegii, quod CLERICALE  
dixeris, inde orta, iisque applicata est, qui manus cle-  
ricis iniiciunt, ac *reali iniuria* afficiunt, quamuis, quo  
magis gradu inter se differunt, eo maiora incrementa et-  
iam assumat, & aliter vindicetur in percutiente episco-  
pum, aliter vero in eo, qui inferioris ordinis clero-  
num intulerit, obseruante ALEXANDRO II. in c. 22. C. 17.  
qu. 4. Realem iniuriam vero desiderant per manus ini-  
ctionem, quæ atrocior est: verbalis enim clero illata sa-  
cilegium haud constituit. de VALASCO *de priuil. paup. II.*  
qu. 9. n. 68. seqq. Generatim hoc docet decantissimus  
can. 29. C. 17. qu. 4. si quis suadente diabolo, huins sacrilegii  
reatum incurrit, quod in clericum vel monachum violentias  
manus iniicerit, anathematis vinculo subiaceat: & nullus  
Episcoporum illum *presumar absoluere*, (nisi mortis virgente  
periculo) donec apostolico conspectui *presentetur* & eius man-  
datum *suscipiat*. Est ergo sacrilegium, manus in quemlibet  
clericorum iniicere, quia ad eos applicant illud pro-  
phetæ; qui *vos tangit, tangit pupillam oculi Dei*, iuxta  
c. 15. C. 2. qu. 7. Additur in cit. text. in f. noua ratio, quæ  
sacrilegii hujus indolem veram sifit: *quoniam iniuria cle-*  
*ricorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur*  
imo in c. 5. in f. C. 3. qu. 1. dominum crucifigere dicuntur,  
qui eum in sacerdotibus persequuntur. VALASCO *de priuil.*  
*pauper.*

*pauper. p. 2. qu. 9. n. 4. 13. seqq.* Iam autem iniuria Christo illata atrox sacrilegium esse, supra euictum. Quocirca ne quidem offendendi sunt, si vel maxime in reatu quodam fuerint adprehensi. *Si enim etiam, quia non operuit pudenda patris, maledictus est, multo ampliori condamnatione digni sunt, qui patribus, legatione Dei fungentibus, contumeliam inferunt.* c. 9. C. 2. qu. 7. Idem regustasse videatur ANACLETVS in c. 12. C. 2. qu. 7. *Sententia Cham filii Noë damnantur, qui suorum doctorum vel præpositorum culpam produnt, ceu Cham qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit.* Strenue huius sacrilegiū leges executioni dederunt pontifices, vtpote a quibus omnis clericalis autoritas dependebat, nec postremus, sed primus inter eos fuit INNOCENTIVS III. vtlor huius criminis acerrimus, vt docent Lib. I. ep. 209. 268. 306. lib. II. ep. 180. lib. X. ep. 214. lib. XI. ep. 110. lib. XIII. ep. 68. lib. XV. ep. 30. lib. XVI. epist. 161.

§. XXIII. Hac *sanc&titate singulari* gaudent omnes Per clericos clerici, etiam in minoribus ordinibus constituti, & qui hic etiam in tantum *primam tonsuram* acceperunt, quippe qua clerici telliguntur iure novo fiunt c. II. X. de c̄tat. & qualitat. ordin. præf. in minoribus Olim haec quæstio inanis erat, quum is demum tondere constituti ordinibus return, qui ad officium actuale ecclesiasticum admouebatur, & sic non ex tonsura, sed ex officio clericus æstimabatur, vt non difficitur PLEVRY in insit. iur. eccl. P. I. cap. V. §. pen. Postquam vero tonsura etiam promiscue iis data, qui numerum clericorum augere gestiunt, sine voto ecclesiæ inseruendi, ex ratione status iura clericorum iis applicata sunt, qui tantum primam acceperunt tonsuram, vt eo maior confluxus ad clericatum fieret eorum, qui nomine, non re clerici fieri cupiebant. Multum vti que profuit regno ecclesiastico hoc *sanc&titatis* priuilegium, quo in immensum numerum eius subditi primarii excreuerunt, cum omnes adpetere solerent *immunitatem singularem* contra quamcunque violationem. Ne

imo coniuga- quidem excipiuntur clerici coniugati, primam tonsurani  
 ti ferentes, si cum virginibus contraxere coniugium, qui  
 itidem sancti & inviolabiles sunt, & priuilegio canonis gau-  
 dent, quod in favorem totius ordinis clericalis est intro-  
 dueatum c. vn. de cler. coniug. in 6. Hac extensione facta,  
 opifices etiam qualescumque, exceptis paucis, ceterique  
 maritati sese tonsure sponte submiserunt, & iudicio se-  
 culari seu iuri se subtraxerunt obseruante CLAUDIO FLEVRY  
 in histor. eccl. tom. XIX. in dist. prælim. ut & sanctitatis &  
 fori prærogativa muniti essent contra quoscumque. Dico  
 vt nec a suis quoscumque ; nam 1) nec parentes excepti sunt, liberos  
 parentibus clericos verberantes, sed sacrilegi iudicantur, atque ipso  
 iure excommunicati ex sententia EVGENII III. in epist. 25.  
 apud HARDVIN. concil. tom. VI. p. 1259. maxime si in sacris  
 ordinibus sunt constituti : in minoribus ordinibus qui sunt  
 (ad quos pueros etiam admittunt) leuiter a parentibus &  
 propinquis correctionis cauſa percuti possunt. c. 54. in f.  
 nec ab aliis de sent. & excom. sine reatu sacrilegii. Nec 2) clerici ex-  
 cipuntur monachos vel clericos percutientes c. 10. X. eod.,  
 nisi itidem correctio quadam exercita fuerit erga eos,  
 qui minoribus ordinibus decorati sunt. c. 54. in f. eod. Sed  
 infinitum foret, omnia interpretum somnia hic referre,  
 qua magno studio collegit CAROLVS de GRASSIS de effect.  
 clericat. eff. IX. n. 6. seqq. multaque absurdā cumulauit.  
 extensiones His annumero, 1) quod Papa hoc priuilegium clericis  
 absurda non possit tollere: 2) quod, clero etiam consentiente  
 in percussionem, sacrilegium committatur, quippe quo  
 inviuerſus clericalis ordo iniuriam accipiat: (quid ergo si  
 clericus consentiat in adulterium, an hanc iniuriam suam  
 facit totus ordo clericalis?) 3) quod clericus semet ipsius  
 percutiens sacrilegium committat: 4) quod huius cri-  
 minis reus sit, qui per vim accepit habenas equi, super  
 quo clericus equitatur, & impedit, ne iter suum profe-  
 quatur &c. Indignos autem hoc priuilegio censuit BO-  
 NIFACIVS VIII. in can. vnic. de vit. & honest. cler. in 6. clerici  
 cos

cos ioculatoriam artem exercentes, quos *ioculatores*, *go-  
thardos* aut *bafones* vocat, si tertio moniti ab episcopo non  
resipuerint. Hi equidem reuera insigne dedecus toti ordinis  
clericali attulere; sed in culpa fuere episcopi, quod pro-  
miscue sine selectu idoneo quoscunque facile admirerint  
ad clericatum, sine *titulo*, vt huius gregem quomodo-  
cunque augerent, maioresque accessiones ad *iurisdictio-  
nem* sua amplitudinem facerent.

§. XXIV. Hæc sacrilegii species, quæ *excommuni-  
cationem* ipso iure in reos constituit, decreuitque, a solo papa  
abolendam, magnopere autoritatem atque impe-  
rium clericorum promovit, laicos in venerationis sub-  
iectione erga eos continuuit, & politiam ecclesiasticam  
adeo corroborauit, vt laici, qualescunque fuerint, etiam  
summi Imperantes excommunicationis fulmine deterri-  
ti, suo iure contra clericos vti, aut eorum audaciam in-  
fringere, atque remedii constringere coactius non po-  
tuerint. Nam nec in vincula coniicere eos licuit, sine  
reatu *sacrilegii*, nec grauius quid in eos, vt ut rebelles tur-  
batoresque essent, ac seditiosas voces spargerent, sta-  
tuere. Ita legieimis imperantibus omnis iurisdictio in  
clericos per *indirectum ademta*, his vero murus aheneus  
circumdatus, qui ab omni violatione, licet autores rixæ  
fuerint, & audaciæ improbioris coercionem merue-  
rint, eos immunes atque incolumes præstitit, quo opini-  
onem *sancitatis*, *spiritualisque qualitatis*, iis attributæ, in-  
ter laicos conseruarent, eosque in *superstitionis* officio  
retinerent. Obseruarunt sine dubio hoc quidam ex Ro-  
manæ ecclesiæ doctoribus, tradentibus ingenua voce, in-  
iuriam clerico illatam, non aliter Deo eiusque religioni  
factam censeri, quam si *directe & principaliter* in Dei con-  
temptum & odium fiat; ceterum si haud in religionis de-  
spectum, sed *personæ* tantum, & priuato odio, eiusque  
violatio facta fuit, non modo contra religionem sacri-  
legium admissum non esse, sed nec sacrilegium ex natura

Quo ipso  
omnis iuris-  
dictio in cle-  
ricos laicis  
ademta

rei, iure positivo secluso VALASC. de priuil. paup. & miser. person. P. II. qu. 9. n. 48. Est ergo percussio clerici, quæ priuato odio vel in rixa citra respectum ad religionem fit, tantum sacrilegium ex voluntate INNOCENTII II. qui formas rerum nutu solo permutare, & ita iniuriam priuatam realem in *sacrilegium* transformare potuit, si vel vilissimum ecclesiæ mancipium, per tonsuram primam duntaxat a laicorum grege separatum, reali iniuria affectum fuerit. E contrario si tonsuratus ausu nefario laico, in dignitate constituto, & pro reipublicæ & ecclesiæ commodis vigilanti, manus intulerit, *simplex est iniuria*, non adeo vindicanda, sed læso simpliciter deuoranda.

VII) *sacrile-*

*§. XXV.* Crescit vero, vt dixi, sacrilegii scelus, quo  
gium in san- maiori luce in ecclesia radiant, qui violantur siue iam  
tos & Reli- fuerint defuncti, siue adhuc in viuis sint. Inde VII) no-  
quias SS. ua *sacrilegii* species nascitur, quæ in PATRES SANCTOS &  
RELIQVIAS ss. committitur. LVTHERVUS ideo HADRIANO VI.  
*in epist. ad Fridericum ducem Saxon.* apud HARDVIN. tom.  
IX. concil. p. 1903. *sacrilegus* vocatur, quod sanctos patres il-  
los, quorum vita & doctrina illustravit uniuersum mundum,  
non solum debito honore non prosequatur, sed multo quam  
*Cain scelestius dispiicit, derideat, contemnat, insecletur.*  
Manifestam quidem calumniam hæc imputatio sapit, vt  
vel scripta LVTHERI docent, interim hoc mendacium ne-  
fandum demonstrat, *sacrilegia*, ab aula Romana efficta,  
hunc fere unicum scopum habuisse, vt barbaries inter  
christianos conseruaretur, & eius impugnatores oppri-  
merentur. Patres homines fuisse, & sic errare potuisse,  
quis dubitauerit? Hos nævos qui detegit, & in lucem  
producit, eos non contemnit, nec odio habet, sed ve-  
ritatem eorum auctoritati præfert. Amicus Augustinus,  
amicus Hieronymus, magis tamen amica veritas. In concilio  
Romano II. de anno 745. apud HARD. tom. III. concil. p. 1938.  
Adelbertus, homo ineptissimus, ideo *sacrilegus* a ZA-  
CHARIA adpellatus est, quod se apostolis prætulerit, & ita  
iis

ius iniuriam intulerit. Annon simili vitio laboret aula Romana, vel hi iudicent, qui non ex *verbis*, sed ex *rebus ipsis & factis* iudicare norunt, & res gestas pontificum, eorumque doctrinas audacissimas paulo penitus rimantur. Grauius adhuc delinquent, qui quid *in reliquias SS.* committunt sacrilego conatu, quamuis mores primæ-*ui* a praxi seculorum subsequentium alieni fuerint. Olim prohibita fuit *translatio reliquiarum*, quæ *laesæ religionis criminis* non carebat, *l. 39. de relig.* imprimis vero ad varias imposturas ansam dabat inter Christianos, adeoque merito prohibenda fuit in *l. 7. C. Theod. de sep. viol.* Enim vero quo magis *reliquiarum cultus* crevit, eo magis *translatio reliquiarum* frequentari sine crimine cœpit, magna cum pompa & adparatu peragenda, ut *acta SS.* docent. Ita quod olim sacrilegii instar habitum fuit, in opus *pietatis & devotionis* degeneravit. Prohibitum porro est in *cit. l. 7. & l. 3. C. de SS. eccles. ne aliquis martyrem distrahat, aut mercetur*, quod rursus contra impostores constituit THEODOSIVS & *sacrilegio* attribuit BARBOSA ad *cit. l. 3. n. 5.* quamuis, reliquias probatas sëpe pro ingenti pretio fuisse distractas, multa exempla doceant, ut hodie commercium earum non adeo *sacrilegium* videatur, quod singularis devotionis pruritus excusat. Evidentiora sacrilegii specimina edere dicitur, qui contra scrinium, quo corpus sancti conditum, temere manum extendat, vindicta diuina nonnunquam coercitum, si credendum relationi in *act. SS. ad d. 8. Iun. p. 123. & d. 15. p. 1068. lit. F.* adductæ; multo maius vero, qui sacra vasa cum reliquiis sanctorum auferunt, quod *proprie dictum* magis est *sacrilegium*, per *art. 172. CCC. de quo infra agendum erit.*

§. XXXVI Ex eodem fonte (VIII) nascitur *SACRILE- VIII) sacri- GIVM CONCILIORVM.* Quid enim aliud sunt concilia, quam *giæm conci- comitia sacra regni ecclesiastici collecta ex Patribus & capi- liorum xibus ecclesiæ?* Vnde sanctissima eorum autoritas, & qui *ius temerator nefarius est, merito pro sacrilegio repu-*  
tandus.

tandus. LUTHERVM sacrilega lingua contradixisse SS. conciliis garrit HADRIAN. V. apud HARDVIN. tom. IX. concil. p. 1903. si modo rationabilis contradic̄tio impia, si veritatis propugnatio scelus dici meretur. Basileense concilium de anno 1431. sess. I. decret. XVIII. apud HARDVIN. tom. VIII. p. 117. sacrilegos esse decreuit, qui ad concilium venientes aut recedentes ab eodem, inuadere, capere, detinere, incarc̄erare, mutilare, occidere, vel spoliare bonis suis, vel iniuriis affligere pr̄esumserint in sacri concilii vilipendium & contentum. Talem enim iniuriam redundare in totius concilii, in spiritu S. congregati, contumeliam, censem̄, cum tamen ipsimet patres s̄epius vocatos vt reos ad concilium deceperint, & nequidem fidem, publice iis datam, quam saluum conductum nominamus, seruauerint. Pari in reatu sunt, qui contra legitimum concilium aliam congregationem cogunt, vt patres synodi pr̄edictæ censuere in litteris cit. l. p. 1413. Quale vero legitimum & quale illegitimum sit, quis determinabit? nisi qui dominatu pr̄eponderat. Basileenses synodum suam legitimam esse allegabant; qui EVGENII IV. partes tuebantur, seditionis eam & schismaticam esse vendicabant; Florentinam vero a papa coactam, legitimam iustamque, vt RAYNALDV ad ann. 1439. n. 18. seq. more parasitorum aulæ Romanæ pluribus declarat. Breuiter: papalium conciliorum contemtor rebellis est, sacrilegus, seditionis, schismaticus, quorsum RAYNALDI rationes in vniuersum tendunt & collineant.

IX) sacrile-

gium hierar- §. XXVII. Idem fundamentum habet (IX) SACRILE-

chiae GIVM HIERARCHIÆ, quando quid committitur contra sacrum, vt vocant, regimen, regnique ecclesiastici fasces turbantur, violentur & impediuntur. Nam etiam imperium sacrum illis accensetur rebus, quæ religionem ecclesie Romanae fundant sustinentque, quarum kelsio primario sacrilegium continet. Etenim Petrum & Paulum a Christo ad principatum ecclesie catholicæ euectum esse docent,

vnde

vnde hanc necunt consequentiam; ecclesiae Romanæ præfidi, ut legitimo vtriusque apostoli successori, solum apostolicum vnicice deberi, nec hoc sine sacrilegio negari posse. Desideras probationem? en in promtu est, desumenda ex concilio Osboriensi de anno 1062. apud HARDVIN. tom. VI. concil. p. 112. vbi ita: negare, inter omnes seu martyres Petrum & Paulum in apostolici senatus culmine possidere principatum, sacrilegium est, quia etiam haeresis constituit, hæc vero sacrilegium quoque continet. Lites inter Romanum & Constantinopolitanum episcopos de titulo Oecumenici seu vniuersalis Patriarchæ notissimæ sunt. Olim patriarchis orientalibus hoc axioma passim datum fuisse docet BASNAGE in Annal. eccles. ad ann. 536. §. 26. & ad ann. 588. §. 11. & cum more predecessorum IOANNES Constantinopolitanus archiepiscopus eundem sibi vindicaret titulum, indigne id tulit GREGORIVS M. contendens, pro B. Petri Apostolorum principi honore peruerterandam Chalcedonensem synodum Romano Praesuli eum oblatum esse, sed nullum vñquam hoc singularitatis nomen assumisse GREGOR. l. 4. ep. 32. posterius tamen falsum esse, docet BASNAGE cit. loc. ad ann. 595. §. 3. in f. adeoque palam GREGORIVM id vnicice egisse, quo principatum vniuersalem contra ausus Constantinopolitani episcopi, qui in oriente idem affectabat supremum in ecclesia imperium, sibi soli & successoribus suis assereret. Iisdem vestigiis institutus LEO IX. in epist. 6. ad MICHAELM Constantinopolitanum Archiepiscopum, apud HARDVIN. tom. VI. concil. p. 956. ita scribens: qualis vero, & quam detestabilis, atque lamentabilis est illa sacrilega usurpatio, qua te vniuersalem Patriarcham iactas, ubique & scripto & verbo . . . Et quis post Christum conuenientius potest insigniri hoc vocabulo, quam cui dicitur diuina voce: TU ES PETRVS ET SVPER HANC PETRAM AEDIFICABO ECCLESIAM MEAM. Conuenit ergo hic titulus soli Papæ Romano, qui a multis retro seculis imperium vniuersale spe deuorauit, vt ut eo abstineat; ergo

go sacrilegium est, si quis alias eo vtitur, quia sub illo quod impri- impugnat sedis Romanæ suprematum. Hunc reatum ve- mis incur- ro imprimis incurunt schismatici, vt iam §. 10. inf. ob- runt schisma- seruaui, quippe qui se imperio affectato vniuersali subtra- tici hunt, & ideo rebelles censemuntur. In concilio Trosleiano de anno 909. c. 4. apud HARDVIN. tom. VI. concil. p. 513. va- riæ species sacrilegiorum recensentur, inter quas primum locum tenet sacrilegium schismatis; iuxta AVGUSTINVM apertissimum sacrilegium eminet schismatis, si nulla fuerit causa separationis. Hæc subiecta limitatio in effectu tol- lit omnem criminis caussam, quum sine causa vix schisma concipi & vix iustior dari possit, quam vbi dominatui, & iugo usurpato papali seie ecclesiæ subtrahant. In concil. Basileens. sess. 16. §. 5. patres obtestantur, se summope- re atque diligentí studio procurasse, ne sacrilegium schisma in Dei ecclesia nasceretur; natum nihilominus fuisse, e- uentus docuit. Quem vero sacrilegii huius autorem cen- sebimus, Pontificem, an vero patres Basileenses? Roma- ni hos incusant; ceteri illum. Sic ergo adhuc sub iudi- ce lis est, cuius iudicem in propria caussa curia Romana semet constituere voluit, quia solus iudex vniuersalis esse cupit. Paucis qui quoquis modo imperio papali resistit, sacrilegium incurrit, adeo vt clericus propter recursum ad curiam secularem pro impedienda executione litterarum apostolicarum dicatur committere sacrilegium, iudice FARNACIO conf. 26. n. 1. Neque vero pontifex solus ecclæsticæ diadema gerit; quilibet etiam episcopus im- perat, atque ad puppim & proram nauis ecclæsticæ se- det, adeoque nec horum fascibus iniuria sine sacrilegio inferri potest. In genere enim, qui sacerdotes vexant, sacrilegi atque indubitanter infames sacrilegi vocandi sunt ex sententia concilii Trosleiani de anno 909. apud HAR-

& quoquis modo clericis resistentes FARINACIO conf. 26. n. 1. Neque vero pontifex solus ecclæsticæ diadema gerit; quilibet etiam episcopus im- perat, atque ad puppim & proram nauis ecclæsticæ se- det, adeoque nec horum fascibus iniuria sine sacrilegio inferri potest. In genere enim, qui sacerdotes vexant, sacrilegi atque indubitanter infames sacrilegi vocandi sunt ex sententia concilii Trosleiani de anno 909. apud HAR- DVIN, tom. VI. p. 513.

X) sacrilegi- §. XXVIII. Sed etiam officium ecclæsticum, quod um officii la- gerunt clerici, imprimis ordinum maiorum, sacrum est, cri adeo-

adeoque eius profanatio, contemtus, & violatio inuoluit (X) *sacrilegium officii sacri*. Hoc tamen minime ad quascunque iniurias iis illatas adPLICARI, nec allegari potest, *officio sacro magis, quam personae factam fuisse contumeliam*, quod qui inuercunde asserunt, id ideo dunt taxat faciunt, vt augeant atrocitatem delicti, & sacrilegium officii sacri effingant. Ceterum pontifices variis modis *officio sacro iniuriam inferri constituerunt*, prout per criminacionem *sacrilegii* terrorem laicis iniicere studuerunt, veluti (1) per *inuestituram laicalem seu manuam*, vt vocant, quam olim imperatores exercuere in conferendis episcopatibus & prælaturis per annuli & baculi (1) per laicam traditionem. Hac vero quam grande sacrilegium in hoc iuris exercitio commissum est! Contra hunc morem in quod impingitur seculo XI. calatum strinxit PLACIDVS Nonantulanus in *Tr. de honor. eccles. edito a BERNHARDIO PEZIO tom. II. thes. anecd. P. 2. p. 18.* ridiculisque argumentis impugnauit. Imprimis vero c. 68. p. 112. docet, quid proprie sic inuestire, h. e. per signum, quod nostri iuris est, alicui dare. *Ipsò itaque nomine, pergit, quantæ impietatis sit, sanctuarium Dei inuestire desiderare, apertissime comprobatur.* Alicui enim homini sanctuarium Dei possidere velle, magni sacrilegii esse, propheta cum graui interminatione denunciat, dicens: *pono principes sicut Oreb, Zeb, Zebed, & Salmone, omnes principes eorum qui dixerunt: hereditate possideamus sanctuarium Dei:* speciatim vero c. 85. hanc inuestituram inde improbat, quod per eam auferatur ecclesiæ, quod ei debetur & competit, & ita verum *sacrilegium committatur*, ad exemplum eorum, qui pecunias & res ecclesiæ auferunt. Non alienus ab hac sententia fuit IVO Carnutensis episcopus epist. 238. inf. ita scribens: *si congrua volumus rebus nomina dare, possumus dicere, quod manualis illa inuestitura per laicos facta clieni iuris est peruersio, sacrilega presumptio, quæ pro libertate ecclesiæ & honestate saluo pacis vinculo fieri potest funditus absindenda est.* Eadem fuit

philosophia INNOCENTII III. in c. 31. X de decim. audacter pronuntiatatis: *sacrilegii crimen incurrit, qui ecclesiastis vel ecclesiasticum aliquid de manu reperit laicis*, quippe quod pro spirituali habetur, cuius collationis manus impuræ laicorum indignæ sunt. Hoc modo rationes subduxit URBANVS II. in concil. Rom. III. anno 1099. habitu apud HARDVIN. tom. VI. concil. p. 2. p. 1761. aitque, *nimiris execrabilis censeri, ut manus, quæ in tantam eminentiam excreuerunt, ut quod nulli angelorum concessum est, ut Deum eundem creantem suo signaculo creent, & eundem ipsum pro salute totius mundi Dei Patri obutibus offerant, in banc ignauiam vel stultitiam derrudantur, ut ancillæ fiant eorum manuum, quæ diebus & noctibus obscenis contubibus inquinantur, sive rapinis ac iniustæ sanguinis effusioni addicte maculantur.* Imprimis vero id pontifices urgebant, quod baculus esset signum episcopalis officii, atque adeo per eius traditionem a laicis episcopatus videretur collatus, qui tamen a collatione & dono Regum dependere haud deberet. Dum ergo episcopatus dationem sibi arrogarunt, quid aliud, (dixere pontifices,) quam sacrilegam invasionem iuris non sui, & quidem iuris sacri in constituendis episcopis commisere? Nec in hoc quidem acquieuerere: eis etiam obuiam eundum esse censuere, qui pro defendendo hoc iure regio asseruerunt, non tam officium *sacrum*, quam *res ecclesiasticas* per hanc inuestitram conferri, quo argumento eam quodammodo excusare voluit IVO. Nam in concil. Lateranensi Anno 1122. habitu, quod BALVZIVS in supplem. ad P. de MARCA de C. S. & imp. lib VIII. c. 12. ex veteri codice MSCto exhibet c. 8. ita edixere patres: *si quis principum aut aliorum vel laicorum dispositionem, vel donationem rerum sive possessionum ecclesiasticarum sibi vindicauerit, ut sacrilegus iudicetur.* Hoc inani terriculamento vni sunt pontifices, ut principes regesque longe a præsepibus suis arcerent, iisque omne ius circa ecclesiastis adimerent, regumque potestatem-

tem, sese in plenam libertatem vindicando, sibi subiicerent.

§. XXIX. Præterea vero hoc sacrilegium II) committi II) per simoniam volunt per simoniam, quatenus pretio interueniente reue-  
ta res sacra violatur, profanatur, & indigne tractatur, quod calculo suo adprobat IÆGERVS de simon. eccles. Rom. c. i. & te-  
stimonis quibusdam illustrat. Admodum quoque hanc la-  
bemreprobatis epist. 94. & Simonem sacrilegum lucrorum  
seclatorum fuisse allegat, quamuis non neget, hoc sacri-  
legium in curia Romana dominari. PLACIDIUS Nonan-  
tulanus lib. de honore eccles. c. 96. apud PEZIUM tom. 2. thes.  
anecdot. p. 145. acrius adhuc inuehitur in Simoniacos, &  
Simoniaci, ait, minime contenti tanto Arrianorum sa-  
crilegio omnipotentem Spiritum S. non tantum minorem  
patre & filio, sed etiam sibimet ipsis inferiorem, atque  
sibimet ipsis subditum tanquam quodlibet venale &  
vile mancipium credunt, vt velit, nolit, obediatur volun-  
taribus eorum, atque funiculis pecuniae attractus aut ve-  
lut aureis eorum catenis alligatus plenitudinem sue sanctifi-  
cationis & gratie sacrilegis eorum officiis & execrandis con-  
secrationibus administret, eorumque venalitati seu operatio-  
ni cooperetur &c. ARNOLDVS abbas Bonæ vallis de cardi-  
nal. Christi operib. (quem tract. quidam adscripsere CYPRI-  
ANO, ita vt Bremensi editioni operum Cypriani adiectus  
sit in calce:) capite de temptationibus in f. itidem sacri-  
legium in Simonia constituit, aiens: *Hæc sacrilegii forma*  
*per omnia officia gradusque discurrit, & nihil intentatum*  
*ambitio prætermittit.* Pari modo etiam his, qui donis  
corrumpuntur, vt simoniace promotis fauerent, sacri-  
legium imputat GREGORIVS VII. libr. III. registr. epist. 1. in fin.  
alia loca vt non tangam. Præterea III) sacrilegium hoc  
hi committere dicuntur, qui per iniuriam alicui episco- III) per iniu-  
patum auferunt, & sic in officium sacrum iniqui sunt. Ita riosam epi-  
scopatus ab-  
censuit Pseudo-Felix Papa epist. 2. apud BLONDELL. in Pseu- do-  
lationem

do-Isidoro p. 359. aiens: *adimi namque episcopo episcopatum, antequam caussæ eius exitus adpareat, nulli christiano videri iure potest.* Hæc verba sunt concilii Africani, quibus hoc addit impostor: *quia talis presumptio sacrilegium, & autor talium sacrilegus.* Sed magis impostor sacrilegus fuit, qui hisce quisquiliis orbem Christianum rudem, tenebrisque inuolutum decepit, fustigatione dignus: & tamen hanc sacrilegam imposturam tam diu fouit ecclesia Romana, eiusque præfules hoc fulero sacrilego sibi tot inusitata & noua iura attribuere, vt in compendio tradit CLAVDIVS FLEVRY tom. XIII. histov. eccles. in discurs. prælimin. p. 15. seqq. Denique IV) sacrilegi in officium S. censu-  
IV) per redi-  
tus altaris, sentur, qui de altari viuunt, nec tamen ecclesiis inserui-  
cui quis non unt, otiosi scilicet illi clerici, quibus iam olim & hodie  
inseruit adhuc orbis Christianus abundat. Suo tempore IVO ep. 12.

hanc sacrilegii speciem grauiter taxauit inquiens: *multa inordinata fieri video in domo Dei, quæ me torquent, maxime, quod apud nos, qui altari non seruiunt, de altari viuunt.* A quo sacrilegio cum eos absterrere velim monendo, increpando, excommunicando, altaria a me redimere volunt sub nomine personæ, sicut a prædecessoribus meis ex prava consuetudine redemerunt. De his redemptoribus altarium agit MARCA in not. ad concil. Claramont. c. 7 ostenditque, episcopos eo æuo, certa pecunia summa sibi depensa, monasteriis aliisque inhabilibus permisisse, vt redditus ecclesiæ sub nomine personæ perciperent, vicariumque constituerent, cui alimenta parcissima præberent. In hoc vero quin nundinatio & quæstus turpissimus ecclesiarum commissus fuerit, quis dubitat? Verum etiam extra hunc casum indigni ab officiis ecclesiasticis arcendi sunt, ne quis se sacrilegio polluat. Hoc salutare monitum est BENEDICTI III. d. a. 855. apud D' ACHERIVM tom. III. spicil. p. 346. nou. edit. (in vet. tom. VI. p. 397.) aiens: *hoc impietatis sacrilegium a monasterio Corbeensi propellite semper.*

§. XXX.

§. XXX. Sicuti vero beneficium propter officium sacrilegum confertur prouisis, ita hæc adeo connecti solent, ut <sup>giam beneficiorum</sup> sacerdoti <sup>hoc comitunt</sup> & ita non <sup>etiam</sup> sacerdoti <sup>a) confidentiarii</sup> sacerdoti <sup>b) confidentiarii</sup> sacerdoti sepe illius adpellatione vtrumque denotetur, & ita non <sup>etiam</sup> mirandum, quin intuitu beneficiorum, quæ magis quam officia sacra captantur, insignes abusus commissi fuerint, quos (XI) <sup>sacrilegium BENEFICIORVM</sup> more ecclesie Romanae dixeris. Tale committere dicuntur a) <sup>confidentiarii,</sup> vt nominantur, quos concilium Rotomagensis de anno 1581. tom. X. concil. p. 1229. vocat, aliorum beneficiorum clitelarios asinos & custodes, eisque disertis verbis sacrilegii labem attribuit, quemadmodum etiam concilium Burdigalense de anno 1583. tom. cit. p. 1364. eosdem pensionum exactores sacrilegos appellat, cum a Simonia non sint alieni. Speciatim de hac materia agit FLAMINIVS PARISIVS de <sup>a) confidentiarii</sup> beneficiali, eamque CLAVDIUS FLEVRY in institut. iur. eccles. P. III. c. XI. in fin. definit, quod sit padum, quo alteri beneficium ea lege traditur, ut fructus, vel post certum tempus ipsum titulum alteri reddat. Sæpe inhabiles ad beneficium adspirant, quod cum possidere non possint, alteri conferendum curant, ea lege, ut hic modica pensione contentus maiorum reddituum partem ipsis præster. Eadem fraus quoque committi solet, si ad certum tempus quis inhabilis est, veluti si beneficium infanti destinatum est, id quod ob defectum ætatis nondum possidere potest, quo casu interim id conferri solet amico, qui id velut depositum custodiat, dum puer ad legitimam ætatem peruererit. Hæc ingeniosa <sup>b) confidentiarii</sup> fraus, ait FLEVRY cit. l. exente seculo XVI. Franci nostris fuit commendatissima, olim in Francia frequenter cum multa maiora beneficia, immo & episcopatus alieno nomine possiderentur a feminis & ab hereticis. Contra hos edita est constitutio p. IV. & p. V. d. i. Jun. 1569. in qua pena excommunicationis, immo eadem, quæ in simoniaicos locum inuenit, dictata est, quamuis ante has constitutiones hæc consuetudo pessima tolerata fuerit, vt etiam secundum eam ius redderetur, fatente PARISIO cit. l.

*qu. 5. n. u. seqq.* quietiam q. 9. caussas aperit varias, ob quas haec *confidentia usurpata fuerit*. Vno verbo: per *padum* hoc *fiduciae*, laici, milites, fœminæ, pueri, & qualescumque parasiti, asinique ineptissimi beneficiorum fructus indignissimo modo suos facere, & unus plura beneficia incompatibilia possidere potest. Tales fraudes inepta cupiditas, deuorandi bona ecclesiastica, produxit, editaque.

*¶) qui colore patronatus* §. XXXI. Verum & *β)* aliæ artes & machinationes praue committi possunt pro lucrando redditibus ecclesiasticis, quod *sacrilegum* æque, ut rapina rerum ecclesiastica ad sacrificarum, esse censem. Tales recenset concilium Roto-

*magense cit. l. p. 1230.* & imprimis adscribit illis patronis siue ecclesiasticis siue laicis, *qui colore patronatus beneficia ecclesiastica in servitutem redigunt*, dum per *suppositas clericorum personas aut ex pacto tacito vel expresso cum ipsis initio in presentatione suorum beneficiorum seu quacunque arte, aut quocunque quiesco colore, iura aut fructus eorundem aut partem ipsorum in usus proprios conuertunt*, quales iniquæ nundinationes de iure canonico simoniam alunt, haec vero ad *sacrilegium*, prout ante obseruauit, refertur. Addit vero *γ)* prædictum concilium etiam hanc speciem: *Alii vero sine iure patronatus atque etiam sine ullo titulario, aut per aliquem suppositum aliena beneficia vi occupant, eorumque iura aut fructus deprendantur.* Sed etiam aliis modis iniusta occupatio beneficii potest fieri, de cuius possessione adprehendenda, ubi vacat, imprimis solliciti esse solent, quod illustrat FLEURY in *inst. iur. eccl. P. II. c. 22. §. 3.* Possessionem quidem beneficii vacantis adprehendere licet,

*δ) qui ex sola presentatio ne occupat ecclesiam* iure suffragante, ast debito modo & tempore; alioquin *intrusio per sacrilegium facta dicitur, veluti δ) qui sola presentatione contentus occupate ecclesiam sine institutio ne episcopi, c. 21. X. de iur. patron.* ε) qui in Gallia eam occupat obtenta bulla papali, sine approbatione episcopi, quam *visa* vocant, de quo more consulendus est ANTON.

*γ) etiam si color iuris patronatus defit*

*δ) qui ex sola presentatio ne occupat ecclesiam* ε) vel in Gal lia absque consensu episcopi

DE SPEI SIUS tom. III. oper. p. 43. q) qui, laboramibus clericis q) qui ante  
ac religiosis in extremis, beneficia possidentibus excubias fa- obitum clericorum regro-  
ciunt, & ante eorum obitum ecclesiás vel domus eorum inua- corum regrotantium se  
dunt, occupant, in ea se introducunt, ac quandoque eas cum intrudunt in  
armatis detinent obcessas, quod facere solent, ut impedi- beneficia ec-  
ant, quo minus expectantes apostolici, & alii forsan au- cles,  
storitate ordinaria canonice instituti, possessionem eo-  
rum beneficiorum nancisci valeant, quales intrusiones  
concilium Andegauense de anno 1448. tom. IX. concil. p. 1350.  
ad sacrilegia refert, quod etiam confirmat papa GREGO-  
RIVS VII. lib. 7. epist. 19. tom. VI. concil. p. 1441. n) qui absque n) qui per lat-  
ecclesiastica autoritate per laicalem potentiam in benefi- cos eorum  
cia se faciunt iutrudi, vid. concil. Lambethense de anno possessionem  
1261. tom. VII. concil. p. 538. acquirunt

§. XXXII. Olim quoque b) singularis sacrilegii spe- b) qui vltra  
cies ab iis perpetrari dicebatur, qui vltra vitæ necessaria vitæ necessa-  
& indigentiam de bonis ecclesiæ pascebantur. Constans ria de bonis  
ecclesiæ dogma erat, bona ecclesiæ esse patrimonium pau- ecclesiæ pa-  
perum, hisce alendis pascedisque primario destinatum, scuntur  
adeo, ut clerici iisdem frui aliter non possint, quam ex  
capite indigentie per modum eleemosynæ; neque enim  
bona inter clericos diuisa, aut ad beneficia stata redacta  
erant, sed in communi ea possidebat ecclesia. Hac ra-  
tione ductus ita censuit HIERONYMVS, in c. 6. C. 1. qu. 2. cle-  
ricos illos conuenit ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus paren-  
tum & propinquorum nulla suffragantur bona. Qui a bo-  
nis parentum & opibus suis sustentari possunt, si quod pau-  
perum est accipiunt, sacrilegium profectio committunt, &  
per abusum talium iudicium sibi manducant & bibunt. Idem  
quoque ad Nepotian. de vit. cleric. denuo hoc modo: A-  
mico quicquam rapere furtum est. Ecclesiæ fraudare sa-  
crilegium est. Accepisse, quod pauperibus erogandum sit, &  
esurientibus plurimis vel cautum esse velle vel timidum: aut,  
quod aperiissimi sceleris est, aliud inde subtrahere, omnium  
prædomum crudelitatem superat. Adhuc Seculo IX. ea-  
dem

dem in sententia substitit BENEDICTVS III. in priuilegiis Corbeiæ de anno 855. apud ACHERIVM tom. III. spicileg. p. 344. nou. edit. (in vet. tom. VI. p. 395.) & de hac re ita censuit: Clericorum, qui de propriis abundantia redditibus, communica-tio prohibetur cum eis, quæ conferuntur ecclesiæ & p. 346. nou. edit. (vet. p. 397.) Qui sunt enim, qui sanctuarium Dei de hereditate possidere dicuntur, nisi illi, qui res Deo dica-tas & ad usum pauperum seruorumque eius collatas, secu-laris potentia dominatu, non electionis gratia, querunt obti-nere? Idem præceptum pluribus quoque inculcatur in epistola FVLBERTI Carnutensis episcopi apud EVND. cit. l. p. 387, his verbis: pars sacrilegii est res pauperum dare non pauperibus. Magnum scelus est res pauperum prestatre di-uitibus &c. certissimo iudicio, tempore HIERONIMI, unde dictus episcopus hæc hauserat, supra dictam regulam adhuc in viridi fuisse obseruantia. Ergo pastoribus re-lictum erat tantum ministrandi officium, non differen-gendi arbitrium, adeo ut qui hoc usurpare conabantur, inua-sores, prædonibus crudeliores, fures domesticos ac famili-ares inimicos appellauerint, vt ex cit. l. adparet. Aliae te-stimonia collegit LAVNOVS de curia eccles. pro miser & pau-per. quibus pietas maiorum optime illustratur. Sed post-  
hodie autem quam bona ecclesiastica in patrimonium cleri transferunt, non amplius & pauperum esse desierunt, nemo amplius est, qui ho-die in consumtione horum reddituum sacrilegium querat. Ita, mutatis moribus, mutantur etiam iura, dogmata, sententiae. Potissimum hæc mutatio facta, postquam bo-na ecclesiæ diuisa, & in beneficia stata & perpetua trans-formata sunt, quæ officio sacro cohærent, & a possessore eius percipiuntur, non habita ratione, vtrum indige-ant, nec ne? Sunt enim hæc beneficia instar salarii, & sic eodem titulo secundum regulas iuriis percipi possunt, quo alia salario, officiis secularibus destinata, quod olim fecus erat.

§. XXXIII. Notum præterea est, quod præter *be-*XII) *sacrile-*  
*neficia* clericis variae *immunitates* debeantur, maxime in-gium immu-  
*tuitu onerum publicorum & iurisdictionis secularis*, quas iu-nitatis  
*ri diuino tribuit* BONIFACIVS VIII. in c. 4. de cens. in 6to.  
*assentientibus patribus Tridentinis sess. XXV. de reform.*  
*c. 20. quam sententiam tamen sub censuram reuocauit*  
*Dn. PARENTS. in iur. eccles. Protest. tom. III. tit. de immun.*  
*eccles. §. 50. sqq.* Posita hac sententia non potuit non  
*violatio huius immunitatis sacrilegium*, quod (XII) *IM-*  
*MVNITATIS adpellari potest, inducere, excommunicatio-*  
*ne, vel interdicto loci expiandum.* c. 4. cit. c. 3. de immun.  
*eccles. in 6. CAROL. de GRASS. de effect. clericat. eff. III. n. 145.*  
*Hoc modo pontifices sententias & principia quæuis in*  
*suum commodum & usus conuerterunt, & nuda homi-*  
*nūm inuenta, principum priuilegia, vel somnia ISIDORI*  
*sub iuris diuini larua in scenam produxerunt, atque cre-*  
*dulo obtruserunt orbi. Hæc qui conuelit, turbat, at-*  
*que ludibrio habet, sacrilegus, immo infamis sacrilegus*  
*est, non simplex.* In *Synodo Treuirenſi de anno 1548. tom.*  
*IX. concil. p. 1077. ecclesiæ iura inuadere & ipsius cleri pri-*  
*uilegia violare, sacrilega violentia vocatur, inquisitione*  
*digna, vt tandem hoc genus luporum a sacrilego aucupio quod in spe-*  
*conquiescat.* Imprimis vero, qui *angarias* vel *indebitas* cie commit-  
*pensiones exigunt, de rebus ecclesiæ vel clericorum, sa-tunt, qui an-*  
*crilegium committere dicuntur IVONI epift. 71. & HINCMA-*  
*RO in quatern. ad Karol. regem tom. V. concil. p. 1335. qui p-*  
*pe quod continet malitiam contra Dei ecclesiam ex mente elesia exigunt*  
*INNOCENTII III. in c. 7. de immun. eccles. ALEXANDRI III. in*  
*c. 1. eod. in 6. atque BONIFACII VIII. in c. 3. eod. anathemate*  
*plectendum tam diu, donec transgressores atque fautores*  
*satisfactionem impenderint competentem.* Tam sancta enim  
*tamque venerabilis atque illibata debet esse sacerdotum*  
*autoritas laicis, vt qui vel in eorum præsentia falsa tan-*  
*tum protulerit, sacrilegii procul dubio crimen incurrat, vt*  
*concilium Osborienſe de anno 1062. tom. VI. concil. P. I. p. 121.*

censuit, quidni ergo sacrilegium incurreret, qui *immunitates* eorum inuadere atque violare ausus fuerit? Priuilegiis porro clericalibus imprimis accensetur *immunitas a iurisdictione seculari*, quam itidem iuri diuino adscribere maluerunt, vt transgressores eius terrore *sacrilegii* percutere possent. Etenim in *concil. Senonens.* de anno 1269. c. 5. tom. VII. concil. p. 650. attentatum hoc dicitur graue nimis & diuini plenum animaduersione iudicii, quod aliqui laici falcem in messem Domini sacrilegis ausibus ingrenentes personas ecclesiasticas suis subiiciendo iudiciis in periculum fidei ecclesiastica moluntur subiicere libertatem. Hoc sacrilegium in laicis excommunicatione, in clericis vero, qui sponte se iudiciis secularibus subiiciunt, amissione causæ plectitur, si locum suum maluerint retinere.

XIII) *sacrilegium rerum  
clericalium*

§. XXXIV. Nec tantum clerici singulari sanctitate gaudent, sed etiam *res & patrimonia* eorum, adeo, vt a sacrilegio immunis esse non credatur, qui ad ea *manus sacrilegas* extendit. Inde XIII) noua emergit species *SACRILEGI RERVM* videlicet *CLERICALIVM*, quum, qui eas inuadit, in ipsos clericos iniurius esse censerri debeat. Res atque bona clericorum ecclesiarumque iam olim a laicis saepissime possessa fuisse, dilucide declarant, quotquot conciliorum atque antiquitatum monumenta nobis supersunt. Non tantum in Italia atque Germania, sed etiam in Gallia clericorum patrimonia, laicis exregia largitate concessa, imo ab ipsis imperantibus si non integra, magnatamen ex parte vel sibi ipsis vel fisco addicta fuisse, quis est qui nesciat? Sane de Clotarii Regis edicto testatur *GREGORIVS TVRONENSIS lib. 4. c. 2. hift. Franc. omnes Galliae ecclesias sub huius regimine ad tertiam fructuum partem fisto exsolvendam obstrictas fuisse: vt taceam alias donationes atque concessiones laicis ex bonis clericalibus adscriptas, quas hi ex quo animo ferre non poterant, sed sub *sacrilegii*, utpote crux.*

*qua a laicis  
possideri ne-  
queunt*

criminis grauioris specie, laicos ab eiusmodi præsumptione deterrebant, vel ex earundem possessione deiiciebant, ut tot conciliorum fulmina in hac re nobis abunde testantur, quorum plura collegit, & hoc sacrilegium speciatim ex moribus ecclesiae Gallicanæ illustravit IOANNES FILESACIVS in operum theol. tract. de sacrilegio laico. Impri-  
mis vero hoc crimen incurunt, qui in res & bona cardinalium manus violentas ausu sacrilegio iniicere non verentur,  
maxime si Cardinales conclavi inclusi sunt, quod sub  
grauissimis centuris prohibitum in concil. Lateran. V. an-  
no 1517. tom. IX. concil. p. 1846. Vtrum vero hoc facinus  
ad eos, qui quorūcunque clericorum bona auferunt, quorūcumque clericos cum bona auferentes  
adplicari possit, interpres iuris canonici in dubium vo-  
carunt. SPERELLVS decīs. 135. n. 94. tale furtum ad sacrilegium refert. FARINACIVS vero in pr. crim. qu. 172. n. 54. vtrum sine sacrilegi an fures?  
hoc simpliciter negat. Priori sententiæ quodammodo fuerūt de cotorum  
subscribit ZIEGLER ad Lancellot. lib. IV. tit. 5. §. 6. si quid ex domo episcopi ablatum. Forte etiam, ait, ille sacrilegi- um committit, qui ex domo episcopi aliquid suffuratur. Con-  
cessum enim est isti domui ius aevulias, perinde ut ecclesiae.  
Tam ample scilicet fimbrias suas dilatarunt personæ eccl-  
esasticæ. Ergo sacrilegium committitur, non quod bo-  
na episcopo ablata, sed quod aevulia violata fuerit, quæ  
ædibus episcopalibus debetur per c. 36. C. 17. q. 4. quod  
olim intra XXX. passus circa ecclesiam cathedralē ædi-  
ficiatæ fuerint, cui ambitui immunitas concessa est, quam-  
uis hodie indistincte hisce ædibus aevulias concedant, ut  
docet MICHAEL ANGELVS DONATVS de Asylia resol. 53. n. 4.  
Ceterorum clericorum bona propria qui rapiunt, ma-  
gis simplex furtum committunt, nisi 1) itidem intra XXX  
passus circa ecclesiam collocatæ fuerint: 2) decedentium  
bona spoliata fuerint. Visitatum enim olim erat, bona  
decedentium diripere, ut quasi res nullius occupanti-  
bus cederent. Ius spoliorum vel exuuiarum inde natum,  
quod olim imperatores in bonis prælatorum exercuere,

*ius spolii in  
aliis est sacri-  
legium*

quibus exclusis, pontifex hodie *ius spoliorum*, vt autores de iure spoliorum in vnum collecti usurpat, euincunt. Ceterum in laicos, qui de bonis & rebus clericorum decedentium auctu sacrilego aliquid auferunt, constituta est pœna excommunicationis in concil. Colon. de anno 1266. c. 7. tom. VII. concil. p. 565. Imprimis in concilio Trosleiano de anno 909. c. 14. tom. VI. conc. P. I. p. 541. hic mos admodum reprobatus est. *Quanquam superius*, aiunt patres, de sacrilegio inter nos sermo sit habitus, ubi ex parte ostendimus, quam graue sit illud facinus, & qua pœna iure plebatur sacrilegus; tamen quia inter nostrates hic pessimus inoleuerit mos, vt defuncto ecclesiæ episcopo mox a quibusunque potentioribus persuadantur res ecclesiasticae, quasi episcopo fuerint propriæ, cum etiam si eius essent, contra omne ius id fieret hoc tam immane sacrilegii facinus etiam sepius factum scientes dolamus --- & nunc omnibus, notum fieri, ducimus, quatenus nullus audeat tantum scelus perpetrare sacrilegii. Ea de causa quoque idem *ius spoliorum* redarguit, & illud ipsum, quod *impium* & *sacrilegium* facinus vocat, prohibuit LEO IX. ep. 9. ad Auximan. tom. VI. conc. P. I. p. 963. His proinde inuasoribus anathema dictum est in concilio Claramontano apud GRATIANVM in c. 46. C. 12. qu. 2. non tantum, si bona episcoporum, sed aliorum quoque decedentium clericorum diripuerint, quos disertis verbis *sacrilegos* vocat WILHELMVS episcopus Patauiensis tom. VI. concil. P. 2. p. 1722. canonem prædictum referendo. Confirmavit easdem sanctiones HADRIANVS IV. in epist. 41. constitutique, vt spoliator eiusmodi, *tanquam sacrilegus fidelium communione priuatum, & vinculo se nouerit excommunicacionis adjicatum.* Verum quod sacrilegium in aliis improbavit coercitque curia Romana, in pontifice adprobauit, eique *ius spoliorum* addixit, vt *iurium spoliorum* collectores tradiderunt. Ita quod aliis probosum, atque *impium*, pontifici permissum: quod in aliis nefandum facinus existimatur, pontificis solius regale censetur,

*non autem in  
pontifice*

tur, immo metu *sacrilegii* imperatores, reges, aliique ab hoc iure vel ideo remouendi erant, quo pontifex illud in rem suam vertere posset.

§. XXXV. Clericis vulgo annumerari *monachos*, & XIV) *sacrilegia moniales*, vt *personas spirituales*, noto notius est, quem nouum statum vbi induerunt, noua (XIV) *sacrilegii* species inde enata est, quam *SACRILEGIVM MONASTICVM* dicere liceat, quod vel in *monachos* & *sanctimoniales*, vel ab his contra vota committitur. In *Monachos* & *sanctimoniales* illud committitur 1) manus in *committitur* eos coniicioendo, quum etiam hi gaudeant priuilegio 1) manus in eos iniicien- can. si quis suad. diab. vt censuit INNOCENTIUS III. ep. 268. do lib. I. in f. edit BALVZ. & illustrat CAROLVS de GRASSIS de effect. cleric. eff. 9. n. 71. adeo vt etiam *nouitii* eodem gaudeant iure, c. 21. de sent. excom. in 6. quum quatenus monastice viuunt, eatenus inter clericos referri soleant. Immò huc in genere collocantur, qui *monachos* vel *monachas crudeliter persequuntur*, vt docet breue HADRIANI VI. ad Fridericum Saxon. duc. tom. IX. conc. p. 1906., quia ex qualicunque violatione sanctitati ipsis inhærenti aliquid decedere credunt. Hoc *sacrilegii* crimen, vtrum tali violatione veteres in *monachos* committi existimauerint, vel inde dubium est, quod olim non *clericorum*, sed *laicorum* numero adscripti fuerint, maxime quum vitam monasticam adhuc ex *arbitrio* vel agerent vel negligerent, quod specialius explicat Dn. PARENTS in *Iur. eccles. rom. III. tit. de Regul. & transeunt.* Nihilo tamen minus, quia ex plororumque *parrum* sententia vitae ac fidei *sanctum instaurum* pro scopo habere credebantur, non dubitarunt, tandem eos clericis, quos *sanctos* & *spirituales* dixerunt, aggregare, & priuilegia horum personis competentia iis applicare, vt docet GRATIANVS c. 29. C. 16. q. 1. & HARMONIA. tom. I. concil. p. 851. Hac *clericali dignitate* postea inter ceteros larcos eo facilius fulgere poterant, ex quo *regulis monasticis stricte* se submittere tenebantur. Vnde etiam

& etiam ho- etiam hodie siue reuera fratres *chori* sint, siue tantum  
die obtinet *ministrant*, & res monasterii *current*, quos etiam INNOCEN-  
TIVS III. in c. 10. in f. X. de sepult. conuersos vocat, merito  
ex sententia canonistarum iure *clericorum* quoad *violati-*  
*onem* erunt *estimandi*. Ceterum ratione *personarum*, que  
vitam ac *virginitatem* Deo dicant 2) hoc sacrilegium ii  
2) sanctimo. committere dicuntur, qui *sancimonialem* adhibita *vira-*  
niales rapi- piant, & sic eius *statum spiritualis* lœdunt, criminique  
endo polluunt. c. 2. C. 36. q. 2. Sufficit autem *sola manuum in-*  
*ieffio*, etiam absque *animo libidinem* exercendi, quum ta-  
lis virgo per *consecrationem* a laicis separari, & res *sacra*  
*fieri* dicatur, adeo, ut sicut cuiuscunque rei *conferatæ*  
*contactus*, ita etiam *raptus* ingens sacrilegium constituat.

quod tamen Hoc si verum est, non inique censuit ZIEGLER *ad Lan-*  
Cœlestinus *cellor. ad tit. de adult. §. 6. COELESTINVM* III. huius criminis  
papa ipse per se reum fecisse, quod ille *monialem*, e monasterio raptam,  
petrauit HENRICO VI. in *matrimonium* collocauerit. Aut ergo hoc  
non est sacrilegium, aut Papa grande crimen committe-  
re potest; quorum alterum affirmare tamen pontificii  
absque *sacrilegio* non poterunt, sed potius pro excusan-  
do hoc facto ad *dispensationem in voto* confugient. Cre-  
scit autem hoc crimen, si virgo simul in raptum con-  
sentiat, & sic *voto monastico* posthabito, monasterium vo-  
luntarie deserit, quo casu quia ab vtraque parte pecca-  
tur, *sacrilegium duplex* ex sententia *iuris canonici* adesse  
videtur, vt postea euincam. Multo magis autem 3) *sa-*

*matrimonii* *sacrilegium monasticum* committitur, si raptus monialium  
causa rapien- ad *libidinem* *restinguendam*, vel ad *matrimonium cum iis*  
do *ineundum* perficitur, contra quod ecclesia Romana vbi-  
que grauissima *pœnarum* fulmina emisit. Censet etenim,  
*virginem monialem* per *votum Christo spiritualiter nupsis-*  
*se*, adeoque per concubitum cum ea *adulterium & sacri-*  
*legium* committi. Nullum ergo est matrimonium cum  
moniali contractum, dissoluendum potius, quam toleran-  
dum, quam ciudem vir *non sit maritus*, sed *turpis adul-*

ter & sacrilegus, vt edixere patres in concilio Turonens. II.  
 in f. de anno 567. apud HARDVIN. tom. III. concil. p. 374. vid.  
 BALVZ. capitul. Reg. Franc. tom. II. tit. 23. c. 5. Huius ma-  
 trimonii exempla referunt BARONIUS ad ann. 826. n. 61. &  
 GODEAV. dans l' histoire de l' eglise ad eund. an. tom. VI. viiiij  
 de Imperatore Michaele, qui post mortem coniugis Theo-  
 dore, Euphrosinam monialem in matrimonium duxerat,  
 alterum de alio duce Siciliae, eodem modo connubium in-  
 eunte, atque ea inter maxima scelera atque fædera sacri-  
 lega referunt. Immo extra matrimonium quælibet con-  
 suetudo carnalis cum moniali peculiare hoc sacrilegii cri-  
 men constituit, diuersum in hoc a stupro simplici, quod primum perti-  
 net in eo concurrat personæ Deo consecratae sanctitas, simul ne-  
 fandissime violata. c. 37. C. 27. q. 1. Hanc sacrilegii labem  
 non agnoscunt antistites nostrarum ecclesiarum, testibus  
 ZIEGL. ad Lancell. tit. de adult. §. 6. n. 345. & LINKIO ad de-  
 cretal. lib. V. tit. 17. §. 7. quod nec vota nuncupent, nec  
 Deo consecrentur singulariter virgines, & ita monasti-  
 cam vitam cum coniugali commutare possint, prout ex-  
 perientia docet. Ceterum quia catholici hoc crimen  
 maxime ex sacri characteris violatione estimant, non præ-  
 cise concubitus est necessarius, sed sufficit velaminis  
 habitusque, Deo dicati, detractio suo iam tempore id do-  
 centе TERTULL. de virgin. vel c. 3. in f. Imo quod maxi- & solus cona-  
 tum est, solus conarus cum sanctimoniali concubendi tus sufficit  
 respicitur, grauissimis paenit coercendus vid I. 5. C. de  
 episc. & cler. quæ defumta ex I. 2. C. Theodos. de Rapto vir-  
 gin. Ad monachos merito refero Abbates, & Abbatissas,  
 rectores & quasi præceptores monachorum, vt hi nutu-  
 ac præcepto eorundem degant, vitamque monasticam ex  
 regulis prescriptis instituant. In hos ergo qui 4) ma- 4) manus im-  
 nus iniecerit, vel eos occiderit, quin sacrilega contagione Abbates iniū-  
 ciendo  
 sese afficiat, quis est qui dubitauerit? quum multo magis hi  
 gaudeant priuilegio canonis si quis suadente diabolo, scri-  
 bente INNOCENTIO III. lib. I. ep. 323. vid. HARDVIN. tom. VII.  
 p. 663.

*¶ ipsa mona-* p. 663. Multo magis ergo hoc crimen incurrit s) qui  
*steria rapien-* *monasteria ipsa rapiunt, sibique subiiciunt ex sententia S.*  
*do eiusque* *BONIFACII in epist. relata tom. III. p. 1950. vel in genere, qui*  
*priuilegia* *monasterii priuilegia confundere, & ad irritum deducere ni-*  
*confunden-* *tuntur conf. tom. VI. P. I. conc. p. 684. quod ita per indi-*  
*do* *rectum ipsi monachi violati censeantur, contra quos tur-*  
*batores iam insurrexit GREGOR. lib. VII. ep. 33. Ind. I. Omitto*  
*hic plura addere, quia secularizationi ut plurimum hoc*  
*crimen affingitur, quae contra voluntatem cleri maioris*  
*facta est, de qua suo loco agendum.*

*committitur* §. XXXVI. Atque hæc potissimum de *laicis* sacri-  
*eriam a mo-* legio sese erga monachos monachasque maculantibus.  
*nachis ipsi* Verum etiam hoc crimen ipsi monachi incurront, quan-  
*peccantibus* do vota a se præstata deserunt, abiiciunt, aut quomo-  
*docunque impietatis accusant. Vota principaliter tria*  
*præstare solent obedientie scilicet, castitatis, & denique*  
*a) contra vo-* *paupertatis. Contra prius ii peccare censentur, qui ex*  
*tum obedi-* *monasteriis simpliciter profugiunt. Hi speciatim extra*  
*entia* *obedientiae iugum & ordinis sui obseruantiam constituti di-*  
*cuntur in decretis concilii Coloniensis II. de anno 1549. apud*  
*quorsum per* HARDVIN. tom. IX. p. 2099. & per eadem decreta ab vlo,  
*tinent mo* vel episcopo, vel abbatte, suscipi prohibentur. His  
*nachi profugi* multo magis accensentur, qui *sanctam & monasticam vi-*  
*tam cum seculari commutant, atque abiecta cuculla, vel*  
*vestibus sacris e monasteriis egrediuntur, quippe qui et-*  
*iam peccant contra votum stabilitatis, quod olim regu-*  
*lae Benedicti inerat, ut docet FLEVRY tom. VII. hist. eccles.*

*ex triplici ra-* p. 783. Triplici ex causa hi *sacrilegio* se contaminant,  
*tione* tum, quod per *habitus monachalis* abiectionem insignem  
*despectum edere, eumque violare credantur, quem ta-*  
*men sciunt *sandum*, ac *consecratum*, imo *angelicum habi-*
*tum esse*, ut scribit WILHELMVS abb. in ep. V. relata a  
*MABILLONIO inter veter. anal. p. 458. edit. paris.*; tum,  
*quod contra votum obedientie abbatum inspectioni sese*  
*subducant, & ita DEO, ut existimant, *promissa*, non*  
*adim-**

ad impleant; tum denique, quod mundo & diabolo, quibus semel per votum abiurarunt, se reddere, & sic ex neglectu sancta instituta violare existimentur, vt rationes subducit HADRIANVS VI. in breui ad FRIDERICVM I. apud HARD. tom. IX. p. 1903. Atque ex his rationibus sine dubio inducti fuere patres, vt omnes monachos profugos appellauerint sacrilegos, vt patet ex decretis concilii Conon. II. apud HARD. tom. IX. conc. p. 2098. & 1939. quod in specie ad LVTHERVM, votum monasticum deserentem, & flocci pendentem ex principiis papalibus applicauit HADRIANVS in supr. cit. breu. ad FRIDER. I. quæ merito repudiauimus.

s. XXXVII. Præstant vero præterea monachi votum castitatis, atque eo ipso connubio renuntiant, eoque tum castitatis respectu sanctimoniales virginitatem Deo spondere dicuntur in c. 37. C. 27. q. 1. Toties ergo hæc vota rumpere, & sacrilegium committere dicuntur, quoties carnales amplexus non solum optant, verum re ipsa in actum deducunt, censente SIRICIO Papa apud MABILLONIVM in vetera analect. p. 140. edit. parif. Hanc ob causam occasionem quamuis, ad eiusmodi sacrilegam contagionem contrahendam, illis ademerunt Patres, ne sub prætextu monasteriorum etiam tale crimen perpetrari posset. Docet hoc c. IX. Synodi S. Patricii de anno 450. apud HARDVIN. tom. I. conc. p. 1791. Monachus & virgo unus ab hinc, & alia ab aliunde, in uno hospitio non commaneant, nec in uno curru a villa in villam discurrant, nec assidue inuicem confabulationem exerceant. Multo minus secundum c. 47. concil. in Trullo habiti apud HARDVIN. tom. III. p. 1679. vir in mulierum, aut mulier in virorum monasterio dormiat. Aequaliter enim in monachis ac monialibus requirunt castitatem, quod a monachis & que quippe quæ, docentibus patribus, in maximo pretio cuiusque esse debet, vt vel AMBROSI exhortatio virginitatis te- ac moniali- bus obser- statur. Hanc vero per stuprum simplex pariter ac per uandum

nec iis matrimoniū violari, & ita in vtraque commixtione  
monium in- fœdera sacrilega adesse, tradiderunt. Ita censuere patres  
eundum cum in concil. Duziacens. II. de anno 874. apud HARDVIN. tom.  
laicis VI. P. I. p. 154. idemque repetiere in concil. Triburiens. de

anno 895. p. 446. conf. tom. I. p. 154. & tom. II. p. 903.  
Aiunt, vouisse monachos monachasque castitateim, at-  
que virginitatem per votum Deo paciis fuisse, eeu loquun-  
tur patres in concil. Eliberitan. de anno 313. cit. l. p. 251. in eum  
1) propter votum ergo iniurios fieri, si paci immemores nuptias vel con-  
cubitum anhelarent.

*Nam si humana pacia non possunt  
impune calcari, quid eos manebit, qui corruperint fœdera  
diuini sacramenti?* ita philosophante LEONE II. in epist.  
decret. relata ab HARDVIN. tom. I. p. 1764. Quid?

2) propter mysticas cum ecclesia contractas nu-  
ptias quod per illud votum cum Christo atque ecclesia mysti-  
cum iniisse dicantur matrimonium; quomodo ergo abs-  
que grandi sacrilegio, atque iam contractæ sponsionis vio-  
latione ad terrenas nuptias transire poterunt? Adulterii  
hos incusant patres concil. Duzicens. II. loc. supr. cit. hoc  
autem ex sacramenti profanatione sacrilegium in ecclesia  
Romana constituere, supra §. XVIII. probatum dedi-

3) propter benedictionem, ipsi a sacerdotibus impositam, per  
benedictionem quam summo velamine peculiarem qualitatem & charac-  
terem accepisse creduntur, vt docet BASNAGE diss. de virgin.  
sacr. inserta tom. II. anal. eccl. qualis character eo ma-  
gis venerandus, quo magis moniales cum missa S. con-  
fessari debent, vt referunt capitula THEOD. episc. can-  
tuar. apud HARDVIN. tom. III. conc. p. 1772. Immo ne qui-  
dem ritus solennis benedicendi vel vestiendi moniales,

quem das Einsieden vocant, necessarius est, quum ad  
altare eas esse oblatas sufficiat, adeo, vt ad minimum  
inter moniatas referendæ sint, quæ, vt loquiuntur patres  
in Synodo Romana apud HARD. tom. I. conc. p. 1033. licet  
nondum sint in Christo velatæ; tamen quia proposuerant  
furor

furtivas nuptias contrahunt. conf. hac de re specialis epist.  
 LANFRANCI Archiep. cantuar. tom. VI. conc. P. I. p. 184.  
 Vides, non deesse ecclesiae Romanæ ad hoc crimen in-  
 dicendum rationes, quamvis pleræque petant id, quod  
 est in principio, & fere vnicē resoluantur in votis sancti-  
 tatem, eiusque indissolubilem nexum, de quo adhuc sub  
 iudice lis est. Ceterum ex his, quæ protuli, patet, ad-  
 huc eo maius ex eorum sententia *sacrilegium* committi, multo minus  
 si duæ consecratae personæ, votis posthabitatis, maritali am-  
 plexu se iuxterint, quum, si quod huc usque de moni-  
 alibus, laicis nubentibus, attuli, ad utramque personam  
 coniugatam adPLICatur, inde *sacrilegio* grauius pondus sub-  
 accedere possit. Et quidem a parte clerici, quod ma-  
 nus suas, quibus *sacra mysteria* frangit, polluerit, quæ sen-  
 tentia videtur esse SYRICI Papæ in epist. I. relata ab HAR-  
 DVIN. tom. I. p. 847. c. 7. a parte monialis, quod membra  
*Christi faciat meretricia*, ceu passim in conciliis patres  
 edixisse obseruauit. Hæc ergo absque dubio in cauſa  
 fuerunt, quod (i) in monachos, sibi ad iniucem mulieres Inde a) acri-  
 fornicularias aut concubinas procurantes, grauius quid con-  
 ter contra  
 stituerint, vt patet ex statut. synodal. NICOLAI episcop. clericos con-  
 Andegau. apud D' ACHERIVM Epicleg. tom. I. p. 729. nou. edit.  
 2) quod omnem cum monialibus conuersationem iis procurantes  
 prohibuerint, neminique canoniconorum aut monachorum, b) moniali-  
 inconsulto episcopo, aut ipsi episcopo absque sacer-  
 bus omnis  
 dotibus ad monasteria monialium extra casum necessitatis cum clericis  
 aut celebrandæ missæ accessum fecerint, referente HAR-  
 DVIN. tom. IV. conc. p. 860. & 1323. nec non monialium  
 introitum ad monasteria regularium monachorum ad-  
 modum taxauerint: HARDVIN. tom. X. p. 933. 3) in genere c) monasteri  
 monasteria puellarum longe a monachis separari constitue-  
 rent, propter insidias diaboli, quibus carnale *sacrilegium* monasteriis  
 alias facile promoueri posset, vt existimauit INNOCEN-  
 TIVS S. Papa apud HARDVIN. tom. II. p. 1001. Verum si  
 hec

hæc institutorum ratio est; ipsi etiam patres in causa fuerunt, quod ceteri clerci contra ea sæpius peccauerint, dum ab æctiori virginum confortio ipsi non alieni fueriat, vt ex aliquot locis ostendit Ill. Dn. THOMAS. ad Lancellot. P. 3. p. 1554. in not. n. 495. vid. Tot. tit. X. de cohab. cler. & mulier.

y) contra  
votum pau-  
peratis

Huc perci-  
nent mona-  
chi testamen-  
tum facientes

§. XXXIII. Supereft votum paupertatis. Vi hu-  
ius tam monachos quam monachas propriis bonis, & te-  
flamenti de iis facti renuntiare debere, ex tit. de pecul.  
cleric. parescit. Quindo ergo huic voto contraueniunt, &

ex oblationibus, vel rebus ecclesiasticis sibi quid comparent,  
ingens sacrilegium commississe dicuntur in HINCMARI Ar-  
chiep. Remens. cap. apud HARDVIN. tom. V. conc. p. 396. &  
in concil. Maghfeldens. de anno 1332. apud EVNDEM tom. VII.

p. 1557. Hoc multo magis dicendum, si sub praetextu pro-  
prii vel alieni nominis forte per testamentum fraudem fece-  
rint, & ea, que ecclesiæ debebantur, malitiose subtraxerint,  
aliisque reliquerint, docente LANCELLOTO tit. de pecul. cler.

§. 1. in f. conf. GRATIANVS in c. 1. C. 12. q. 3. Rationem po-  
tissimum querunt in fræta & violata fide, per votum pau-  
pertatis ecclesiæ facta. Et sicuti votis Deo principaliter  
promitti censem; ita non possunt non huius violatio-  
nen atro sacrilegii carbone notare, quo eo magis mo-  
nachos criminis magnitudine deterreant, ne de thesaу-  
riæ ecclesiæ aliquid interuertant, in quos sacrilegos po-  
ena denegatæ sepulturæ constituta est in c. 2. X. de stat. mo-  
nach. Hanc speciem non admittit ZIEGLER ad Lancellot.  
cit. 1. dum hic sacrilegium adesse negat ex ea ratione,  
quod desit res sacra, quæ tamen hoc crimen qualificat.

Hoc dubium tamen euitare potuisset, si obseruatset, pon-  
tificios hoc casu magis ad votum, quam ad obiectum re-  
spexisse, quamvis negandum non sit, ex eorum princi-  
piis etiam propter bona ecclesiastica, quæ sacra esse cla-  
mitant, monachos in hoc crimen incurrere. Interim  
gale

tales sacrilegii declinare hoc prætextu solent, maxime nisi dispensationes militares, quod per *indultum papale* dispensationem a patre circa testamenti factionem contra votum impetrantur, quæ exemplum priuilegii a GREGORIO XIII. in Hispania equitibus S. Iacobi de Calatrava & Alcantara circa factionem testamenti concessi ex MENDONE de ordinis militarium refert DIL. PARENTS in iur. eccles. tom. II. tit. pecul. cler. §. 24. Sed hic desino, reliquas species, quæ superfluent, peculiari dissertatione propter diem V. D. expositurus.

T A N T V M.

